

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive  
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios  
Corps.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

**Chamier, Daniel**

**Frankfurt, 1627**

Liber decimusseptimus, De antichristo

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-914](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-914)

## LIBER DECIMVS SEXTVS; CAP. XXI.

361

nato capite de pedib. eius luscipi, tum Papam pēdē eam coronam percutere, proiecereque in terram, in signum, quod habet posse statem eum, si merita sua exigant, depōnendū. Enī factum non ferendum. Et quanquam id non obserueretur in Pontificali, aut in libris Ceremoniarum: tamen legas Papam sibi tandem arrogare, ut examinaret electionem Imperatoris: inquiratq; tam in electionis formam, quam in ipsam Imperatoris personam. Et hoc tamen nō altius repetita consuetudine, quam a Clémente sexto: qui in viuis fuit post leculum decimum tertium: ut scias recentissimam esse tyrannidem.

VI. Neque id satis. Nam cogitur Imperator Papæ ad cœnam cuncti a quā fundere lauandis manibus. In Sacris Ceremoniis, titul. 3. libr. i. describitur solenne coniunctum Papæ, in eoquē mysterium ablutionis manū. Iubetur laicorum nobilissimus, Rex, Imperator, aquam adferre, atque fundere: & dum lauatur, omnes laici genu flectere, clerci autem stare capite aperto. Prætere Imperator, siue Rex primum fæculum debet inferre mensa, idque ipse sumere de manib. cuiusdam ministri, extra vestibulum aula, in qua sit conuiuum: quod si absente Imperatore, aut rege, minor aliquis fungatur eo munere, ipse petere debet ē culina. Sed de potu ita legas apud Theodosium à Niem lib. i. c. 7. Cū Otto Imperator sumptu prædiō cum Vībano Papa, ut mōris est, ei quādam die potum præberet in collatione, in presentia quorundam Cardinalium, & aliorum magnæ autoritatis virorum, dñus Urbanus, ex fastu sceptum de manib. tanti principis stantis coram eo diu genitus flexis recipere tardauit, donec ad eum quidam ex iisdem Cardinalib. diceret hæc verba, Pater sancte, tempus est ut bibatis. Nec fecellit in eo illud protū, Aſperius nihil est misero dum surgit in alium.

VII. Neque is tamē vltimus deiectionis gradus. In processione cum eo Papa peruenit, vbi in equum alcensurus est. Imperator traditis sceptro & pomo (ea insignia sunt eius dignitatis) præuenit ad equum Pontificis, & in honorem Servatoris nostri Iesu Christi, cuius vices Pontifex in terra gerit, tenet Stapham, quoad Pontifex equum ascendorit: & deinde accepto equi freno per aliquos passus ducit equum Pontificis. Sic apud Robertum de Monte ad annum millesimum cesarēsum sexagesimum tertium, Ludouicū Rex Francorū, & Henricus Rex Anglorum super Ligerim apud Tœiacum conuenientes, Alexandrum Papam Romanum honore congruo suscepserunt, & vbi officio fratoris pedes dextera lœuaq; frenum equi ipsius tenentes, eum vñque ad præparatum papilionēm perduxerunt. Et apud Iouium lib. 27. Conſendit enim quoniam Pontifici Cesari ad leuam pedes adstitit, vi benigne auratam staffam saecrata pedi protinus induxiturus. Et quidem miram, nec vñitatem modestiam obserues licet. Pium, inquit, Cesari obsequium Pon: ifscis humanitas, religiosa que modestia superavit. At non sic olim Adrianus, cui in castra venienti, Fredericus primus concitus occurrit, & ab iumento descendenti, strepam fertur tenuisse sellæ, ac eprumq; reuerenter per manum in sua tentoria perduxisse: quomq; per Episcopum Bambergensem honestam orationem habuisset, tum Papa, Audinius, frater Episcope, quæ loqueris, speciosa quidem dicta, sed non opere exhibita. Frinolum potest videri quod dicimus: & tamen in minimo commissa negligenter facit argumentum de maximis. Ab iumento descendentiibus nobis, strepam tenuit sella finistram: nescimus ad irrisiōnem, an aliosrum quum dextera fuisset obsequenti contrectanda. Paulo tamen aliter historia recitat à Baronio, ad annum millesimum centesimum quinquagessimum quintum. Non fuisse Imperatorem admissum ad osculum pacis, donec stratos officio functus fuerit.

VIII. Repetamus summam. Papa est major Imperatore. Ergo Imperatoris nomen non præponendum nomini Papæ. Imperatores, Reges, sunt Pa-

pæ Vasalli. Idem Papæ debent adorare flexo genu in tertam vñq; debent eius pedes osculo venerati Debent ei poculū porrigit, & quidem de geniculis: debent aquam fūlere lauandis manib. debent ferre, & debent freno equum dūctare: debent deniq; deficende tūta statim tenere. Et nō est hæc Imperii cōculatio? Et non est immanis similitudinē tyrannidis occupatio? Proh Dei, atque hominū fidem tantum he ausum vñum fæcere. Et ausum non in quenq; ē vulgo, sed in eum, quem Optatus olim negabat habere supra se quenq; nisi Deum.

IX. Hem! quam mutatus ab illo qui fuerat! Nam illum sc̄e oportet hospitem esse in historiæ Ecclesiastica qui nesciat Episcopum Romanum olim subditum Imperatoris maiestati. Itaq; Taboetus Ephemeridum parte 2. Otingentis anni fūi sub mancipo Cesarum Christianorum, à quib. Pontifex petebat inaugurationem, atq; confirmationem: quanvis à clero & populo legitimis fūisset comitū electus. Krantzus Saxonia lib. i. c. 34. Inuitat in hī, quib. se inuidem obsequiū extulerunt Domini Francia, & summus Pontifex. Nam Franci detulerunt Pontifici arbitrium declarandi regis: quasi is fūi per quem reges regnant; qui pridem in urbe consistere vix potuit, quoniam in arbitrio Constantinopolitano rum Imperatorum aut captus, aut relegatus abiit.

X. Et sane consentiunt Historiæ in confirmatione Pontificium electoru: eiusque initium Onufrius, ad Platina Pelagiū secundum, repetit ab Episcopatu Vigiliū in quo tamē nihil eiusmodi Baronius obseruavit, neque aliis, quem quidem viderim. Nihilominus Pelagiū secundum omnes obseruant promotum absque iuſlione principis, proper vrbis obſidionem, missile Gregorium ad Imperatorem, ut se purgaret, Nihalū. (inquit Platina) à clero in eligendo Pontifice actum erat, nisi eius electionem Imperator approbasset. Nec aliter ipse Gregorius eius successor. Erin Seuerino Platina, Ab Iacobio totius Italia Exarchio in Pontificatu confirmatur. Vana tunc enim habebatur clerici ac populi electio, nisi id Imperatores, aut eorum Exarchi confirmassent. Vrſtisj Contractus anno 678. in Agathone, Hic Papa apud Imperatorem efficit, ut quantitas reuelaretur, quæ pro ordinatione Pontificis solita erat dari: Ita tamē, ut decretum generale de electione Papa prius ad Imperatorem mittetur, quam ille consecraretur. At Platina in Benedicto secundo obseruat hunc confirmandi morem penitus sublatum ab Imperatore: Ad hunc (inquit) Constantinus Imperator, homini sanctitate permotus, sanctionem misit, ut deinceps, quem clerus populu, exercitusq; Romanus in Pontificem delegisset, eundem statim verū Christi vicarium esse omnes crederent, nulla aut Constantinopolitanis principis, aut Italia Exarchi, ex speclata autoritate, ut ante fieri consueverat.

XI. Et tamen inuenitur eiusdem confirmationis vñs in Imperatorib. Germanis. Krantzus Metropolis lib. 2. c. 29 Nec mireris, Lector, ab Imperatore reconfitatum Episcopum. Ferebant hoc illa tempora, quando etiam summorum Pontificium constitutorum, destitutorumq; habebant arbitrium: quod temporum necessitas ferebat. Et Vrſpurgensis anno 827. Gregorius, presbyter tituli sancti Marci, Papa ventissimus primus electus est: Sed ante non est ordinatus, quæ Imperatoris legatus Romanum ueniers, electionem populi, qualis esset, examinavit.

XII. Quid? quod fidelitatis sacramentum Imperatorib. Papæ præstirent? Vignarius in Epitome historiæ Ecclesiastica anno 896. Imperator Arnulphus, secundo in Italiam uenit, coronam Imperiale de manib. Formosi Papæ accepturus, & fidelitatis sacramentum: tum à Romanis, tum à Papa, qui, restè Sagonio, id præstet hæc forma, Tefor Detim, & omnes Sanctos & per diuinam mysteria iuio, mē per omnem vitam fore fidelem, & obsequientem Imperatori Arnulpho, neq; vlo modo fauitorum Lambertò, eiusmū matri, imo totis viribus obstatūrum, ne quid habeant autoritatis in urbe.

FINIS LIBRI DECIMI SEXTI.

## LIBER DECIMVS SEPTIMVS. DE ANTICHRISTO.

### Caput Primum.

*AN ANTICHRISTVS SIT INDIVIDVVS.*

**S**vam de Antichristo disputationem Bellarminus partitur in nouem capita. De nomine: De uno homine: De tempore aduentus, & mortis: De nomine proprio: De gente: De sede: De doctrina, & moribus: De miraculis: De regno & præliis. Nobis primum caput leuiculū videtur, de originatione r̄ Arnei: videlicet, utrum dicatur, quomodo significatio, & significatione contraria, an vero quomodo Antiquam, significacione Vicarij. Eſti a non bene Bellarminus, de voce cuius grammaticatur: tamen cōcedimus Antichristum ea notione dici, qua significatur, oītūtūdōposis, qui Christo opponitur. Viderit Musculus, viderit Magdeburgenses, si quid aliter sunt opinati: Nos priuatas omnes sententias præstare nec debemus, nec possumus.

II. Secundum caput, est de uno homine. Status est: Utrum Antichristus sit unus homo singularis, hoc est, Sylvestro Vallensi interprete, unus non sicut Phenix, sed sicut Sol, & Christus. Nam si est, conclusio in promptu:

Tom. II.

non esse igitur Romanum Pontificem, quum hic non sit unicus, & indiuinus homo, sed hominum series sibi continue succedentiam. Ergo affirman Papistæ. At negant Catholici. Illic sic disputant.

III. Primum argumentum, ex quinto Ioannis, Ego ueni in nomine Patris mei, & non receperis me si alius uenerit, in nomine suo, illum recipietis. Hic contendunt Christum loqui de Antichristo, & quidem unico: Primo ab autoritatibus Veterum, Chrysostomi, & Cyrilli, in eum locum: Ambrosij in secundū posterioris ad Thessalonicensis: Hieronymi ad Aglaiam, quæstione vñdecima: Augustini tractatu vigesimo nono in Ioannem: Irenæi libro quinto: Theodoreti in epitome diuinorum decretorum, capite de Antichristo. Secundo, quia Dominus opponit sibi alium hominem, hoc est, personæ personam: non regnum regno: neque felicem felicem patet ex illis vocibus, Ego, alius, in nomine meo, in nomine suo, me, illum. Sicut ergo Christus unus, & singularis homo fuit: ita & Antichristus, unus & singularis homo erit. Tertio, Christus dicit, Antichristum à Iudeis pro Messia recipiendum. Constat autem Iudeos unum certum & singularem hominem exspectare. Quarto omnes falsi Prophetæ uenerunt in nomine eius, non in nomine suo. Hieremias decimo quarto. Falso Prophetæ uaticinatur in nomine meo: non misi eos. At hic Dominus loquitur de uno quodam, qui ueniet in nomine suo, id est, quoniam agnoscer Deum aliquem, sed ex-

h h H tollet

tollet se supra omne quod dicitur Deus. Quinto: falsi Prophetæ permulti venerant ante Christi aduentum: permulti etiam postea ventuti erant, non igitur Dominus dixisset, Si alius venerat, sed multi veniunt, si de falsis Prophetis loqui volueret.

IV. Relpondeo, locum ex Euangelio Iooannis nihil probare, quia non sibi Christus quemquam opponatnum, & individuum, sed indefinite quemlibet, quæ ratio visitatior est, quam ut quisquam reuocare possit in dubium. Itaque, Iansenius Concordantiae capite trigesimo sexto notat, hoc quod hic Dominus dixit, frequenter impletum esse: & nominatim in gemino Ben Chusiba. Maldonatus, Quod autem dicit, si quis non est dubitans, sed generaliter potius affirmans: quasi dicat. Quisquis alius nomine suo veniet, eum recipietis: adeo perversti es in iudicij Salmero, tomis septimi tracta-  
tui decimo tertio, Et si hoc verbum de Antichristo accipis soleat, potest tamen in-  
telligi de quocunque suo nomine Messia dignitatem usurpante. Pererius, Ita  
plane illis conigit, ut à Domino predictum eis fuerat. Nam qui verum Christum  
accipere noluerint, plures postea Pseudochristos ingenti cù ipsorum exitio recupererūt.

V. Quod ad Patres attinet, illi locum hunc accommodant Antichristo: fateor. Sed primum non necessario: est enim pronunciatum indefinitum: Quod eti possit varie applicari: tamen non necesse est eum à quo primum manauit, ipsa indiuidua singula habuisse in animo. Secundo, etiam si de Antichristo Veteres interpretentur, tamen vnum aut indiuiduum Antichristum non significant. Chrysoſt. πάδι φονί νέαν τοῦ ἀρόπατον ιδίῳ τῷ Αντιχριστῷ εἰπεν εἰλιτεῖται. Quemnam dicit venturum suo nomine? Antichristū hoc loco designat. Cyrilus, Αccipiteis autem eum, qui non Deo patri gloriam referet, sed ad se transferre conabitur, & nomine suo cuncta tribuet. Similiter reliqui de Antichristo interpretantur, at de vno Antichristo prorsus tacent. Tantum Theodoreus solumnauit Antichristum futurum Dæmonem incarnatum: quo quidem supposito, fatendum est intellexisse vnum indiuiduumque futurum Antichristum: sed id tamen non confecit ex verbis Christi.

VII. Nec verum, a Iudeis Antichristum recipiendum pro Messia, quem exspectant. Non n. Christus dixit: sed tantum recipiendum, si quis suo veniat nomine. Sed & verisimilitudo contra. Nam ipsis assertentib. Papistis, Antichristus, & idola coler, & ritus Iudaicos abolebit. Quorum neutrum Iudeis vñquam perluaderi potuit: nec maior spes in posterum. Quid? quod Paulus prædictis Iudeos tandem conuertendos ad Christum? Quomodo ergo accepturos dicas Antichristum?

VIII. In venientibus in nomine suo, non video quæ vis sit demonstrandi. Primo, quis docuit omnes falsos Prophetas venisse in nomine alterius? Non certe Scriptura. Nam Hieremias, non de omnibus, loquitur, sed de quibusdam. Deinde, quid appellant venire in suo nomine, venire in nomine alterius? An verbis tantum profiteri? Ergo quicunq; dicent se à Deo missos venient in nomine Dei? At contra Hieremias: *Falsi Prophetæ vaticinantur in nomine meo, non misi eos.* Obserua tria. Primo, eos Prophetas professos esse se prophetare in nomine Domini. Secundo, fallo professos esse. Ideoque non prophetasse in nomine Domini. Vnde fit aliquem qui prophetare se profitetur in nomine Domini, non tamen prophetare in nomine Domini. Tertio, quicunq; prophetat in nomine Domini, eum missum esse à Domino. Ac proinde neminem non missum à Domino, prophetare in nomine Domini. Itaque, nihil obstat, quominus Antichristus, & prophetet in suo nomine: & tamen profitetur contra. Denique, si, vt Bellarm. ait, omnes falsi Prophetæ veniunt in nomine alterius, necesse erit, vel Antichristū venientrum in nomine alterius, vel non esse falsum Prophetam.

**IX.** Venerant ante Christum multifalsi Prophetæ. Fatoe. Etmulti postea venturi erant. Fateor hoc quoq; Ergo debuit Christus dicere, *Muli* veniunt, non autem, *Si alius venerit*. At hoc, inquam, ex quo Logica penit. Ni si forte habet aliquod Iesuita penit Logicum; nemini haec tenus cognitum. Nam quid vrget? An particula *Si?* An nomen. *Alius?* Atqui & *Alius* indefinita de pluribus dicitur, ut Paulus, *Ego fundatum ieci: aliis adificat*. A & tor. Secundo, *αλλοι μεσοι αλλοι λογικοι*, *Dicentes alius ad alium*. Et Si non raro diretur de re certa Prioris ad Corinthios decimoquinto, *Si Christus pradi- catur ex mortuis exalta: us esse, quomodo dicunt inter vos quidam non esse resur- rectionem mortuorum?*

X. Secundum Argumentum est ex 2. poster ad Thessl. Renelatus fuerit homo peccari, filius perditionis, renelabitur ille iniquus. Loquitur Paulus de vetero Antichristo. Sed & de certa quadam particulari persona. Illud est certū Hoc probatur ex vi articulorum Græcorum, ὁ θεωρός, ὁ γένος, ὁ αὐτοποιός. Nā, teste Epiphanio hæresi nona, articuli Græci contrahunt significationem ad unam rem certam, ita τὸ θεωρός significet hominem, at οὐ θεωρός hominem singularem. Addit Sanderus Chrys. in c. 7. Isaiae. Cyrillum in lo. libr. I. cap. 4.

XI. Atqui primum ea obseruatio non est vniuersalis, aut perpetua. Sæ-  
pissime enim inuenias articulum otiosum, ita ut nihil distinetius, propter  
ea significetur, quam si articulus omnino decesserit. Matthæi 5. 26.

*Et concubari ab hominibus: nimirum indefinite, non autem, ab illis hominibus: quasi certi aliqui designarentur: nam quilibet potius homines significantur. Et 2. δέ γάρ οὐδὲ πάντες, & ὁ πονηρός τοιούτως, Vir, bonus: & vir malus: nimirum quicunque: non autem unus quisquis: Et phrasin retinuit Lucas, sexto capite. Idem Matthæus, decimo quinto, γεννήτος, εἰς πατρόν, polluit hominem. Marci fecundo, ἔχοντος πατρὸς Διῆς τὸν στέβεται, Non homo propter Sabbathum. Lucx 4. Λέγεται οὖτε πάντοις: vivet homo. Paulus 4. ad Romanos, τῷ μη κεραυνός, τὸν διεγέπων: beatitudinem hominis. Mart. 7. οἶς αὐτοῖς οὐδὲ κύριος, à quo si petierit filius eius. Et 12. οἱ οἵτινες εἰς τὴν οὐρανὸν ἀπέστησαν: Filii vestri in quo eiciunt?*

XII. Secundo, neque Epiphanius, asserit additis articulis significari vnam, indiuiduamque personā, ὅπερ γάρ αὔριον μέσον ταῦτα εἰνίαι μέσον ἡγετηῖαι, πάντας ἵνα θεωρῶνται τὸ αὔριον. Τούτον δὲ τὸ αὔριον οὐκέτι τούτον ἀλλα τὸ αὔριον. Vbi articulus additur, de uno quopiam definito, & eximio, omnino asseueratio est, propter articulum. At sine articulo, de uno quolibet, indefinite sumendum est. Non igitur de indiuiduo: nam in eo non ita sumendum, appetat ex altero membro: quia etiam sine articulo dicitur sumendum in eo, & ita utrinque indiuiduum signifi. arerit, quod est falsum. Dicendum ergo illud in eo quod commune est utrinque, non pendere ab articulo, siue addito, siue subtratto: sed ab ipsa sermonis circumstantia: sed tū, πιστούσιν, tum τὸ διαφανέστερον esse articuli. Videlicet, ut additus significat id, quod designatur, siue indiuiduum sit, siue non sit, ita tamen απομίνο, esse etiam διαφανίστερον. Epiphanius exempla illustrant: τὸ βασιλεῖον, βασιλεὺς, νόμος ψήφοις καθαρός, καλλίτελος τοῦ συνέδριου, οἰκεῖον τοῦ βασιλείου γένους καὶ Περσῶν, καὶ Μέδων, καὶ Ελαμιτῶν. Εἰς τὸν μὲν πρωτόκολλον τοῦ βασιλείου, αὐτομάτης οὐδεὶς εἰς τὸ σημαντόμενον, ὃ γὰρ βασιλεὺς ἐστιν, ὁ λεγέμενος, ὁ γνωστόμενος, ὁ τελεῖος βασιλεὺς αὐτοῦ, διότι τὸ αἴρεσθαι νοοῦται. Si dixerimus, Rex nomen quidem protulimus, at non perspicue definitum, aliquid ostendimus. Regem enim diximus, & Persarum, & Medorum, & Elamitarum. At si addito articulo dixerimus, ὁ βασιλεὺς, minime ambiguum est significatum. Nam rex, de quo queritur, aut de quo sermo habetur, aut qui cognoscitur, aut qui aliquem regit, per articulum significatur. Sic Matthaei 14. quum prius Herodes esset nominatus: postea, ἀντιθῆντος βασιλεὺς, contristatus est rex: nimis rumille qui paulo ante erat nominatus, & quia Herodes erat vincus, ac indiuiduus, propterea Rex etiam vincus atque indiuiduus. At c. 22. Simile est regnum cœlorum: τὸ πάτρον τὸ βασιλεῖον, homini regi: τὸ βασιλεῖον, sed inde indefinite: itaque Beza vertit, cuidam regi. At statim post: Αγέρων ἐστὶ βασιλεὺς ὁ γένος: Rex qui hanc audisset, iratus est: οὐτε λόγων ὁ βασιλεὺς, ingressus rex: τὸν ἔποντα βασιλεὺς: tunc dixit rex: semper cum articulo: non vnum ut certum, indiuiduamque regem Christus significaret puta Herodem: nam sermo est parabolicus: sed ut de eodem se loqui ostenderet, qui prius indefinite erat nominatus.

XII. Cyillum fateor videri seorsim abire. Nam ita lego. Quando Divina Scriptura nominibus secundum Graecæ lingua vnum, articulos proponit (an potius præponit, tunc & unum, & quod solum proprie atque vere tale quid dicitur significat. Et paulo post: Sic cum homo quisquam designatur: quando a. articulus accedit, unicum, atque singularem hominum denotat. Hæc ille: si tamen ille. Vix, mihi sit verisimile, hæc de Græcis expressa fideliter. Nam, Cyillum virum doctissimum tam aperte repugnasse, & Graecæ linguae consuerudini: & ipsius Scripturæ phrasí, monstru mihi est proximum. Itaque crediderim interpretem in illis, Vnicum & singularem, sibi nonnihil induluisse. Nam reliqua facilia sunt. Fides esto penes exemplaria Græca: quorum, vniā nobis fieret copia. Quanquam Chrylost, nonnihil habet eiusmodi, r̄n περιέχει τὸ ἀριθμὸν τῶν καὶ μόνων τοῖς αὐτοῖς γεγραπτῶν λιγίων αἰνῆσσε, Appositio ne articuli insignem aliquam, & solam eiusmodi indicans. Sed tamen, quia ita Latine exprimuntur, nemo est tam parum Græce peritus, si modo peritus, qui non possit infinitis exemplis refutare. Nisi forte, Vnum singularemque, contra proprietatem vocum, concipiamus, non individuam personam, sed vnicam speciem, per se distinctam, imo separatam ab aliis. Quomodo Leuitici 4. οὐ πρηστεύεται δικαιοδοξίᾳ ἀπόχει, significat, non singularia capita, sed οὐ πρηστεύει sumnum sacerdotem, quicunque tandem ille sit futurus.

XIV. Denique, ut prolixiori labore supersedeamus, auduersarios habemus concedentes, non semper eo articulo designari aliquid numero vnu, siue indiuiduum. Quid ergo? Nimirum necesse fuit aliquid cōminisci, quo sustentaretur Sophisti. e. Audiamus Syllestrum Vallensem primū capite penultimo libri 4. Saltem, inquir, si in eodem subiecto articuli sint illi frequentes: tum sane regula erit infallibilis, & absq; exceptione.

XV. Euge vero, magnum, tanto græcitat[i] zelo feruentem, ut indigne-  
tur in Antichristo Gallice nominando vnam pec[unia] ati literulam? Sed quan-  
tus, quantus Syllester sit in Attica: nos tamen, si forte, Bœoti: non facile' fi-  
dem habemus: immo Capucinis (qua[estio] leculi calamitas est) ne iuratis quidem  
quicquam credimus. Hic etiam obijcim[us], non in eodem subiecto tantu[m]  
sed etiam in eodem nomine hanc regulam fallere. Nam illo ipso quod non  
ita pridem citauimus, c. 4. Leuitici, occurrit o[ste]r, & decies o[ste]r, &  
ter: bis o[ste]r, o[ste]r. Quid si alios omnes locos congeras? Sexcentos  
puto, numerab[is].

XVI. Vallenſi ſucceſſat Ferrarius: ille olim inter nos: ille nunc, contra nos: & qui ex vtriusque partis experientia (niſi ille potius neutram exper- tus) eximiam eruditio[n]em debuit comparare: tum autem ſi nihil ſcire, no- tanto ſtipendio apud nunc ſuos autorandus. Sed hic ergo doceat nos tres conditiones, quæ hanc vim iis praſtent articulis. Primam, quoties additur ſeries quarundam circumſtantiarum, actionumque peculiariū, que non poſſint, niſi in vnum ſolum hominem cadere. Secundam: cum de eo fit ſer- mo, qui aliis Scripturæ locis non deſcribitur, ut corpus ſocietatis cuiusdam. Tertiā, non ſeruat articulus indefiniriſ proportionibus: qualis illa: Non viuet ex ſolo pane & aq[ua]. Optime. Sed pergit, accommodans rei, qua de agitur. Ergo circumſtantias has, ſedere in Templo Dei, efferri ſupra Deū, miracula patrare: mendacem eſt, & inſignem peccatorem, dama[n]atum, & filium perditionis, deſtruendum etiam aduentu Christi, has, inquam, circumſtantias negat Ferrarius, vñquam ſimul omnes eſſe poruifſe, niſi vniu[er]ſus hominis. Negatur rurusſ Apostolum loqui de eo, quem alibi Scriptura deſcribat tanquam ſtatim, cni ſint ſuccelfores. Denique, negat hic eſſe propor- tionem generalem, ſed deſcribi eximiam perſecutionem aduersus Ecclesiā concitaram ab uno Tyranno.

# LIBER DECIMVS SEXTVS, CAP. I.

363

XVII. Hæc ille, & quidem longe prolixius. Sed vide, & mirare *rlw d' n-*  
*gnes*, vt dicam mollissime. Concedit non tam esse articuli naturam, vt vni-  
 cam perlonam designet. Sed hic hæc, inquam, controuerchia, hoc Pauli loco;  
 id vero disputat, Quomodo autem disputat? Quia omnes circumstantiae v-  
 nam designent perlonam: *Ω m's πάθεις φλυασίας*. Atqui nobis de ipsa perso-  
 na controuerchia est: non de grammatica nescio qua obseruatione: quan-  
 nos libentes puerulus in schola permittimus ludentib. Imo nemo eo usque  
 insaniit, vt negaret articulum cum usurpatum in oratione, quæ agat deindi-  
 uidua quapiam persona: designare indiuiduam personam. Quid articulū  
 dico? Insanus sit qui neget nomen sine illo articulo usurpatum de singulare  
 persona, singularem personam designare. Puta, Act. 7. *καὶ ποτε Φαραὼ βασι-*  
*λιας οἰόντας*: Et post, *αὐτὸν βασιλεὺς ἔπειρε*: Audin' bis *βασιλέας* nomina-  
 tum ablique articulo? Spondeo, Ferrari, neminem futurum ex nobis, quine  
 ger tamen indicare vnam singularem, & indiuiduam personam. Agnoscil-  
 ne tandem tuam *ἀπογειαν*, qui velis persuadere tum demum articulo desi-  
 gnari indiuiduam personam, cum designat indiuiduam personam? Næ, si sic  
 omnes sapiunt nostri Apostati. agnum factum est causæ Papistica com-  
 pendium.

XVIII. Verum has tres conditiones in hac materia concurrent: hoc vero  
 maluit sumere quam demonstrare Ferrarius: Sed qui vel deierant credat?  
 Nos vero illa omnia, quæ in prima lege descripsit, a sterius & vni conue-  
 nire, & plurimis: nec singula tantum, sed etiæ omnia. Dicimus hunc ipsum  
 quem Antichristum prædictit Scriptura, describi tanquam *οὐ σημειώσας* quoddam  
 impietas, & apostasia: non vero homuncionis ynius caput. Dicimus deni-  
 que esse indefinitam enuntiationem, si personas attendas, nec vnum tyran-  
 num prædicti: sed vnam tyrannidem. Hæc nos dicimus, contradicentes con-  
 tradicenti Ferrari: nec vere urit nos argumentis superet.

XIX. Cum igitur hæc frusta sint omnia, quid iam superest? Nimurum  
 Stapletonus palmam feret: cuius audite ex tripode oraculum. In Sacris Li-  
 bris, quando non otiose, non emphaticæ, sed porsus demonstratiue ponan-  
 tur articulus, est magistrorum in sacra disciplina discernere, & iudicare: a-  
 lioquin omnes disputationes doctissimorum circa vim huius articuli pos-  
 sent eludi.

XX. Tacento ergo reliqui *μετὰ τὰν οὐρανά*, vt soluant quod tam facile  
 sequit Stapletonus: vnum tantum oblitus addere vt rem sibi penitus in va-  
 do constitueret, hos videlicet magistros esse Louanienses, aut certe Sorbo-  
 nicos. Nam his columbinibus in columbinis, nihil est periculi Pontificie di-  
 gnitati.

XXI. Hæc cum ita sint, concludimus, & Paulum merito vsum esse articu-  
 lo: & non significasse tamen indiuiduam hominem futurum Antichristum:  
 sed tantum inter multos Antichristos, cum, cui, *καὶ τοῖς ξένοις*, id nominis sit  
 proprium; quique iam ex præcedentibus prædictionibus esset Christianis  
 cognitus. Neque ullam aliam esse causam. Quanquam quidni vnum Antichristum  
 dicamus: quomodo vnum Imperatorem Germaniæ, vnum Regem Galliæ? Quomodo denique ynum Papam? Et, vt Sylvestri Vallenensis  
 verbis vtar: vnum Phœnicem? Sic enim solet etiam articulus usurpari. Pri-  
 mi Samuelis 8. *Hoē erit ius regis, qui imperaturus est vobis*. Quis hic tam nullus  
 est cerebri, vt non intelligat Samuelem loqui de quolibet rege Iudeo-  
 rum? Et tamen expressus est articulus: cum Hebraice, *הַמְּלָךְ יְהוָה* tum  
 Grace *διατρέψει τὸ βασιλεῖαν*.

XXII. Tertium argumentum ex 7. Danielis, & 11, & 12, vbi sermo est de  
 Antichristo, testibus Hieronymo, Theodoreto, Irenæo, Augustino, Calui-  
 no, Magdeburgensis, Beza. Vocatura autem, non vnum regnum, sed vnum  
 quidam Rex. Adde, quod ea prophetia sit de Antichristo, sub figura Antio-  
 chi, testib. Caluino, Cypriano, Hieronymo. Sed Antiochus Illustris certa  
 quædam, & singularis persona fuit: Igitur & Antichristus. Similis locus A-  
 polypis decimo tertio: & decimo septimo.

XXIII. Respondeo, primo, nominari vnum Regem, quomodo & reli-  
 quas Monarchias: in quib, tamen certum est, non regnasse vnum numero  
 hominem. Bellarmine a. qui paulo ante miratus est a nobis, quos dicitia-  
 stare linguarum pertinet, non animaduersam vim articuli: non est quod  
 miremur deceptum à sua Latina versione, cum qua & solens, & libens errat  
 non vidisse quatuor Monarchias appellari quatuor Reges. Nam qui Chal-  
 daici sunt, *Ἄρχοντες τῆς Αἴγυπτου* Graece leguntur, *τοῦτος εὐαγγελιστας*, Latine, *quatuor regna*: qui sunt quatuor Reges. Non tamen male regna, ad sensum: sed male  
 Bellarm. aucte syllabarum, ex Rege, indiuiduum concludit. De Antio-  
 chi figura, negatur consequentia: etiam si epim figura Antichristi unus est  
 Antiochus: tamen non potest concludi, Antichristum vnicum esse hominum.  
 Nam & Reges quatuor Monarchiarum, singula bestia, singulari  
 significabant: qui tamen non fuerunt singuli. Et cur ab unitate figuræ, ad  
 unitatem figuræ potius concludas, quam à multitudine ad multitudinem:  
 vt, quia plurimi agni Paschales fuerunt: ideo multos Christos abiis figura-  
 tos contendamus: Nugæ.

XXIV. Quartum argumentum apud Sanderum, & Salmeronem: quia  
 Apocal. 13. exprimit numerus, quo constabit nomen bestie. At nomina  
 propria, non nisi certis hominib. & personis induntur.

XXV. Quid vero, aut quo sensu nomen proprium appellatur? An quo-  
 modo Platonem, Socratem, Cicertonem: reliqua quibus solemus, nihil ni-  
 si indiuidua significare? At eiusmodi nomen, nullum Io. nominavit. Dixit  
 enim *Nomen bestie: Numerum nominis eius*. Quis hoc dedit sive Salmeroni, si  
 ue Sander, vt ex nomine Bestie: nomen facient indiuiduam aliquius? Non  
 sic Irenæus, qui Latinum putauit id fore: nomen non vnius hominis: sed ei-  
 us populi, penes quem erat summa rerum. Quod si nomen proprium, non  
 aliter appellant, quam ut id significant, quod proprio vni cuiusdam rei signifi-  
 cande tribuitur: tum vero consequentia est ridicula. Nam ea notione Gal-  
 lus nomen est proprium, & Papa: & infinita alia: nec tamen, nullus est Gal-  
 lus præter vnum homuncionem: nec Papa nullus, præter Gregorium septi-  
 mum. De numero nominis alias.

XXVI. Quintum argumentum: Antichristus est *ὁ δολοπλεύσας*. Ergo vni-  
 cus vir. Probatur consequentia, quia Christus sic appellauit Iudam vnicum  
 virum, Io. 17. *Et nemo ex iis periret nisi filius ille perditionis*.

XXVII. Respondeo. Negatur consequentia: eam ipsam ob causam, quia  
 Christus sic appellauit Iudam, est enim id argumento: eo vocalulo compre-  
 hendi multos homines. Sic, quia & de Aarone, & de Elcezare & de Caia-

pha, & de Anna, in vnu erat *ὁ αρχιερεὺς*, necesse fuit hoc ipso nomine, non  
 significari vnum indiuiduum. Sed tantum dici de multis indiuiduis: eti-  
 non de omnibus.

XXVIII. Sextum argumentum: Joan. manifeste distinguit hunc Anti-  
 christum, ab aliis promiscuis Antichristis, & Pseudoprophetis, tanquam v-  
 num indiuiduum. Sed hoc simpliciter negatur. Nam quod subiicit Ferrari-  
 ius: Sicut Christus distinctus ab aliis Regibus & Prophetis ynicus fuit;  
 sic vnicum futurum Antichristum: puerile est & nugatorium. Nam omnia  
 singulare, distinguuntur quidem inter se: sed non quæcumque distinguun-  
 tur, sunt indiuidua. Itaque fallit *οὐδὲν οὐρανός* qui dicit, Christus di-  
 stinctus ab aliis est vnicus: ergo *ὁ αρχιερεὺς* apud Iudeos, distinctus à reli-  
 quis, est vnicus. Ergo Rex Galliæ, distinctus à regibus Hispaniæ, Angliæ,  
 Danicæ, est vnicus.

XXIX. Septimum argumentum: Si Antichristus esset successivus vnu-  
 s, ergo non posset effiri supra quicquid dicitur Deus. Ratio consequentia  
 prior: quia non posset effiri supra prædecessores suos sibi æquales. Altera,  
 quia cum constaret obnoxius esse morti, non posset yniuersus orbis ei de-  
 ferre honores diuinos.

XXX. Respondeo negari consequentiam. Quæ enim maior vis est in  
 morte, quam in natuitate? Aut in perpetuis vitæ necessitatibus? Testabat-  
 tur sibi olim Alexander constare le hominem esse, & mortalem, duob. expe-  
 rimentis, somno, & coitu: & ramen audiuit filius Louis, etiam post mortem,  
 diuinis cultus honoribus? Quid? Romani poterantne ipsius mortis experi-  
 mento abhorre suorum Imperatorum *λογοτελούς*, & speret aliquis vlla  
 posse ratione cohiberi *rlw σύργειαν* *m's τοῦ θεοῦ*, his Antichristi temporibus?  
 Quamquam detorquet etiam illud efferre se supra Deum: de quo  
 alias.

XXXI. At non posset efferre se supra æquales suos. Nugæ. Sic n. conside-  
 rantur singula capita Antichristorum: de quib. id nusquam dictum, sed de  
 tota ipsa Antichristi successione. Sic Romani ipsi Episcopi decreuerunt, v-  
 num esse nomen in mundo, Papam: nec tamen singulorum Paparum vnicum  
 nomen est: sed omnium.

XXXII. Octauum argumentum: Si Antichristus esset vnum regnum:  
 Ergo non oës ali, aliis succedentes, essent æqualiter Antichristi. At hoc ab  
 surdum. Ergo illud. Probatur consequentia: quia non essent omnes æqua-  
 liter scelerati: nec posset fieri, vt non aliqui in tanto numero essent electi.  
 Rursum, Si Antichristus esset vnum regnum; ergo essent multi Antichristi.  
 Ratio consequentia, quia in Schismatib, multi fuerunt contendentes de  
 Paparu. Tertio, Ergo aliquando nullus esset Antichristus: quia interdum  
 vacat sedes.

XXXIII. Respondeo, in his omnibus negari consequentiam. Non pos-  
 sunt enim alii aliis minus esse Antichristi: quandoquidem in omnibus ea-  
 dem definitio Antichristi. At non sunt æqualiter omnes scelerati. Respo-  
 deo id intelligendum de scelerib. quatenus actiones sunt indiuiduorum:  
 sed inde nulla consequentia. Quomodo in Regib. Galliæ, eti alij aliis fue-  
 runt fortiores: tamen aij alij non fuerunt minus Reges. Et mirer ego hoc  
 si fitis capti difficile: qui eti non possint negare Papas esse alios aliis ne-  
 quiiores: tamen omnes appellant Sanctissimos: & rationem reddunt, quia is  
 titulus sit dignitatis. Fieri posse vt in serie Antichristiana sit aliquis de nu-  
 mero electorum ad salutem, ne verisimile quidem est, quandoquidem Antichri-  
 stus, est filius perditionis. Nego propter Schisma ta multos simul fieri Antichri-  
 stos: ratio gemina. Prior, quia non propterea multiplicatur status Anti-  
 christi: sed in eo duntaxat statu, multi contendunt de summo gradu. Al-  
 tera, quia ne ipsi quidem Papistæ omnes in Schismate agnoscunt esse Pa-  
 pas: Hoc constat cum aliunde, tum ex Annalib. Baronii. Negatur etiam nul-  
 lum esse Antichristum, vacante sede: quia sedes ipsa, est Antichristus: id est,  
 status ille, cui sedes illa præstet: Nam neque ipsi Papistæ, suam tum Ecclesiæ  
 concedunt esse *ανιθαλεῖς*.

XXXIV. Novum argumentum: Si Circumstantiae Antichristum omnes  
 simul constituant: non singulæ seorsim: Ergo Antichristus est vnu yit. At  
 prius verum: Ergo posterius. Probatur consequentia: quia alioquin, non es-  
 set vnu quicquid Antichristus: quandoquidem in quin non concurrentem  
 omnes circumstantiae. Exempli gratia non oës essent manifestati à Luthero:  
 non omnes confecti à spiritu oris Dei: non omnes destruci aduentu Christi.

XXXV. Respondeo: primo omnes quidem circumstantias concurrent in  
 Antichristum: sed non omnes tamen constituunt. Antichristum, Nam quæ  
 constituunt Antichristum, eas necesse est inesse, non tantum singulis indi-  
 uiduis: sed etiam singulis eorum indiuiduorum momentis: quomodo quæ  
 constituunt hominem, ea oportet reperiri in Socrate vno: sed nec tantum  
 in uno Socrate: sed etiam in eodem Socrate semper, ab eius primo existendi  
 momento, ad vsq; ultimū: alias, aliquando esset, cum non esset Socrates, ho-  
 mo. At quæcumq; homini sunt propria, ea non necesse est semper inesse So-  
 crati: vt in corpore dentes, & barbam, & canos: in anima vsum liberi arbitrii.  
 Similiter in Antichristo, quæcumq; Antichristum constituant: ita vt si-  
 ne is non sit Antichristus, ea oportet esse in eo, ab ipso statim initio, cum  
 capitur esse Antichristus. Atqui in circumstantiis Antichristi, quas delcripsit  
 Scriptura, quædam sunt, quæ non possunt in hoc ordine censerri: exempli  
 gratia, manifestatio, & ruina. Oportet enim esse Antichristum, antequam  
 manifestetur: antequam, aut conficiatur, aut destruyatur.

XXXVI. Hoc cum ita sit, manifesta est argumenti fulilitas. Nam eti Hil-  
 debrandus non fuerit à Luthero iudicatus, tanquam esset Antichristus: nō  
 etiam potenter coniunctus Verbo Dei: tamen non minus fuit Antichristus.  
 Sic, eti qui hodie sedent in eo impietatis throno, non sint destructi ab illo  
 illustri aduentu Christi, tamē non propterea nō sunt, homo ille perditionis.

XXXVII. Decimum argumentum: In longa serie multorum sibi suc-  
 cedentium alij alij sunt meliores. At Antichristus nunquam melior esse po-  
 test. Ergo Antichristus non est series sibi succedentium. Probatur major:  
 quia sèpe, & vt plurimum quæ ab initio tyranis fuit, iustitia temperari po-  
 test. Sic Cyrus seruus & vñctus Dei, eti successerit iis à quib. Ierusalem fue-  
 rat in cineres redacta. Sic Constantinus Domitianorum, Netonumq; arma  
 conuerit in protectionem Christianitatis. Probatur assumptum. Quia Anti-  
 christus æque damnatus est cum diabolo. At hoc non posset, si non æque  
 omnes scelerati: nisi forte, Deus alium pro alio damaret.

XXXVIII. Respondeo, ex antecedente contingente non posse educi cō-  
 clusio-

elusionem necessariam. At non esse argumentum necessarium, patet ex his verbis. Non enim assertur semper ita esse, ut successores sicut decessoribus meliores, sed ut plurimum. Agnouit ergo Ferrarius admissi exceptiones, & hoc sufficit. Nam quid si hic Antichristi status excipiatur? Satis id nobis.

XIX. Præterea, quod alii aliis sint meliores, potest concedi, sed ita ut personalis sit consideratio: quomodo in eadem successione Romanorum Antistitum: non omnes in celo polluerunt natas proprias, quomodo Alexander Sextus neque omnes Magi, ut Sylvester Secundus: tamen omnes Antichristi. Et posint sane alij alii esse minus mali, siue mores priuatos consideres, siue etiam temporalem gladium, quem sibi assumperunt. Sed in ratione Apostolæ, nemo fuit omnino, qui quecumq; detraherit scelerib; præcedentium. Omnes, omnes, inquam, cumulo addiderunt sui aliquid. Itaque omnes ex æquo Antichristi: ut hac patte nihil sit, vnde nobis timeamus. Ne que vero Deo necessarium alios damnare pro aliis: quando singuli nimis nimisq; habuerint, vnde merito damnarētur, & que cum Diabolo. Quid? quod fallum & que damnatum. um Diabolo Antichristum? Sed damnandus duntaxat. Nam in hac vita nemo damnatus: hoc n. verbi præsentes iam peccata significant, ut in Diabolo: itaque necessario differtur in alteram vitam. Itaque, si omnes & que damnatos cum Diabolo, oportet esse & que malos: at profecto nihil necesse est Antichristos esse & que malos: quia nemo Antichristus, nisi in hac vita.

XL. Undecimum argumentum ab authoritate Patrum, qui communis consensu docent Antichristum, primo fore instrumentum Diaboli electissimum, et in eo habiter omnis plenitudo Diabolicae malitia corporaliter: sic cur in homine Christo omnis plenitudo Deitatis. Secundo, non regnatum, nisi tres annos cum dimidio: tertio, futurum tantum vnum hominem.

XLI. Respondeo: primo, non esse certissima quæcunq; Patres dixerunt de Antichristo. Ratio facias: quia in Scripturis quæ dicuntur de Antichristo, ea prophætica: quandoquidem multo post futura: At prophetiarum intelligentiarum est, quidem ratio aliqua ex conjecturis: sed ea obscurissima, & periclitante incerta. Certo a. intelligi possunt duob; tantum modis: sci. vel per extraordinariam revelationem, id est, per donum prophetæ: vel per ipsius prophetæ complementum. At neutrius Patres fuere compotes. Non completi: quia nondum Antichristum habebant reuelatum. Non prophetæ: nemo enim illorum testatur sibi quicquam hac de re inspiratum fuisse a. Deo. Quid mirum ergo si suæ eos scellerint conjecturæ? Multo verisimilius est his temporibus eandem prophetiam melius intelligi. Quia eti; nulla nobis facta sit extraordinaria reuelatio: tamen si non omnia, saltem multa impletæ sunt: quæ olim futura erant. De Imperio Romani ruina nemo amplius dubitare potest: itaque sumus intra tempus illud, quo certissimum est reuelandum esse Antichristum. Præterea, Episcopus Romanus in tantum se fastum, tantamq; potentiam extulit, quantum Patres non suscipi quidem poterant. Quicunque n. citantur a Bellarmino, ij floruerunt, stante florente Imperio Romano: ex cuius dissipatione, & crescere debuit Antichristus: & crevit Romanus Episcopus. Eiusmodi multa nos præ edente libro collegimus cuncta, historis testati simus: quæ boni illi Patres habuerent in cognitione.

XLII. Secundo, plurima sibi Patres in hoc indulsero negotio, quorum vestigia quidem in Scripturis. Laetantius scriptis Christianos omnes configuturos in montem quandam: ibi, obseculum iri ab Antichristo: tum vero defensurum ecclesias Christum, pugnaturumq; ac quanto prælio victoriæ de Antichristo reportaturum, tanta cum cæde, ut rui fluant sanguinis. Hæc quisquam credat? Quum Paulus testetur Antichristum spiritu oris Christi coniectum iri? Alij adhuc audacius futurum dixerunt Diabolum incarnatum: instar Christi Dei incarnationis: & id significat Theodoreti phrasis de omni plenitudine Diaboli, & malitia habitantis in eo corporaliter: quæ ad modum in Christo plenitudo Deitatis. Nam hæc phrasis Paulus vnonem hypothesis descripsit Athancientiam ne Papistæ quidem admittunt.

XLIII. Tertio, non omnes consenserunt apud Veteres Antichristum significare vnam indiuiduamq; personam. Nam August. contra testatur lib. 20. de Ciuitate Dei, c. 19. Nonnulli non ipsum principem, sed universum quadammodo corpus eius, id est, ad eum pertinente hominum multitudinem, simul cum ipso suo principe hoc loco intelligi Antichristum volunt.

XLIV. Itaq; licet nobis bona cum Patrum venia ab eorum vestigiis discedere, ut & S. Iohannes magis hareamus: & rerum eventu persuadeamus: immo ex rerum eventu prophetias, quæ ante complementum solent esse obscurissimæ, intelligamus. Et quidem fore Antichristum organum Diaboli electissimum, nemo ambigat: diuerte donec Paulo: sed in eo habitaturum Diabolum corporaliter: id vero concedere non possumus. Incarnationis miraculum est longe maximum, ideoque Deo eximium: ut is solus naturas duas perfectas in vnum coniungat, diabolus & que non possit: ut non potuit create. De regni Antichristiani tempore paulo post dictum fuisse. Postremum caput de uno homine negamus vere dictum a Patribus. Quanquam unum hominem nemo quod seiam dixerit, praeter eos, qui incarnationem communimentur. Nam rehque tantum surpant Scripturæ phrasim: quæ singulari numero vñt: in quo nihil est incommodi.

## C A P. II.

*Antichristum non esse unum personam hominis indiuiduam.*

I. Nullus igitur Papista probant argumentis Antichristum futurum indiuiduan personam. Contra Catholicos disputant duobus argumentis. Eorum primum est: Si Antichristi mysterium operabatur iam tempore Apostolorum: Ergo Antichristes non est indiuidua vnius hominis persona. At prius verum: si enim Paulus secundo posterior ad Thessalonicenses: *τὸ μυστήριον τὸ εἰπεῖται τὸ ἀρχαῖον οὐκανός*. Mysterium iam operatur iniquitates: & quidem ita, ut opus fuerit retinere, ne reuelaretur *μόνον ὡς κατέχων τοις εἰπούσοις τοις*: tantum qui nunc tenet, tenebit usq; dum è medio sublatus fuerit. Ergo verum est conseqvens. Ratio consequentia, quia non potest nullus homo dari, qui iacturus sit inde ab Apostolorum temporibus ad finem vñque mundi.

II. Responderet Bellarmi, tempore Apostolorum occulte grallari coepisse Antichristum, non in sua persona, sed in suis præcursoribus. Quomodo Christus venire coepit ab origine mundi in Patriarchis, & Propheta, qui eū præcurrebant & significabant: ita ut ab initio mundi dici possit coepisse operari mysterium pietatis. Confirmatur expositiō istiutimodi duplicitas. Primo, quia omnes Interpretes mysterium iniquitatis intelligunt, vel Neronis persecutio: vel hereticos, qui clam decipiunt. Secundo: quia si Antichristus natus est Apostolorum tempore: & Antichristus proprius est fides Romani Pontificis, ergo Petrus & Paulus fuerunt Antichristi, licet occulti: quia illi erant Romani Episcopi, diserte affirmante Irenæo lib. 3 c. 3. à Petro & Paulo sedem Romanam fundatam, & primos in ea Episcopos sedisse. At Petrum & Paulum fuisse Antichristos falso. Ergo falsum etiam Antichristum fuisse ab eo tempore.

III. Sed negatur interpretatio: nulla enim ratio ferre potest, ut *τὸ μυστήριον τὸ εἰπεῖται τὸ ἀρχαῖον οὐκανός*, à Paulo dicitur, *τὸν κύριον τὸν αὐτοῦ*: si intellexisset de nudis figuris Naui primum *τὸ μυστήριον τὸ εἰπεῖται τὸ ἀρχαῖον οὐκανός*, contradicit: nunquam enim id vocabulū usurparum inuenitur, de figuris: que sunt tantum species quedam *διάφανας*, aut etiam minus aliquid, quam *διάφανος*, quæ *κατέχει*, dici nequit. Quod a de Christo dicitur, non est simile: nam re vera ab initio Christi mysterium peragebatur, non tantum in figura, sed energia, nam & promissio facta Adamo, & cultus mandatus Abraham, & Legis ceremonia per Moysen institutæ, re vera erant mysteriorum Christi, *εἰπεῖται τὸ ἀρχαῖον οὐκανός*. Quod de nulla Antichristi figura dici potest. Quanquam Scriptura quidem eius nullam figuram ponat, præter Antiochum, qui tamen nulla ratione dici potest *εἰπεῖται τὸ μυστήριον τὸ εἰπεῖται τὸ ἀρχαῖον οὐκανός*, quem significabat. Deinde, non tantum dixit Apostolus mysterium peragitur, sed, *τὸν κύριον τὸν αὐτοῦ*, iam nunc peragitur. Et Victorinus, in Apocalypsin reddidit. *Arcaνum malitia in oritur*. Ridicule, si de figuris. Quis n. vnquam audiuit aliquod esse temporis momentum in figuris? Et curiam dicere, quum longe ante præcessisset Antigonus?

IV. Quod de Neroni dicitur, proculdubio est nugatorium. Nam Paulus, si hanc Epistolam scripsit Athenis, & eo venit anno quinquagesimo secundo, ut notat Baronius, quomodo potuit dicere, Iam peragi mysterium Antichristi, id est, Neronem iam regnare: qui tamen anni quinque postea coepit? Quod si potior est Beza sententia scriptam afferentis Corinthio, vix aliud iudicium, Nādem Baronius hunc Pauli aduaratum ad Corinthios eodem anno contigisse notat. Atque adeo hanc ipsam Epistolam scriptam anno sequenti. Quod: quod Neroniana persecutio exercita est sub finem eius Imperij, id est, anni circiter octodecim post hanc scriptam Epistolam. Et eam tamen persecutionem notat, quicunq; Neronem afflunt figuram Antichristi. Itaque, oportet eam persecutionem iam viguisse, quum Paulus ita loqueretur.

sonnis Deus apparuerit, ex parte factus dixit: מְהֻנָּה אֶת מְקֹשְׁחָתָה. Et ver-  
tit quidem Latinus interpres, *Quam terribilis locus iste*: verum quis non  
videt, sensu alium nullum esse, nisi eum locum reuerendum ob diuinæ

præsentia signa? Et Ezechielis 1. כְּעֵן הַקְּרָה הַנְּדוֹתָה. Sicut aspectus crastilli  
terribilis. Ergo ne hic quidem necessario terror ille intelligentius, quem  
scimus fore in postremo aduentu Christi. Ad hæc, quis neicit hunc scriptum  
prophetam initio 3. capitis loqui de priore aduentu Christi? Et tamen,  
Statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos queritis, & Angelus te-  
stamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum: Et quis po-  
terit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad uideendum eum? Ipse enim  
quasi signis conflans, Hæc verba terrem significant. Erit igitur aliquis  
terror in primo aduento Domini: cur non igitur queat terri-  
bilis?

X. Nec sequentia sunt difficiliora. Ne forte veniam, & persecutam ter-  
ram anathemate? Quæ verba nihil prohibet intelligi de die iudicij. Quid  
enim: nonne scimus Christi priorem aduentum eum finem habere, vt ne in  
secundo vniuersa terra perciuat anathemate? Primum autem aduentum  
non tantum præcedere debuit Ioannes, sed etiam iter præparare, atq; adeo  
inchoare opus illud reconciliationis Dei cum hominibus in Christo. Recte  
igitur Ioannes dici potuit conuertisse homines, ne in die iudicij omnes da-  
minarentur. Nec tamen sequitur, Ioannem, siue Heliam, venturum parcis  
diebus ante diem.

XI. Nam in Christi verbis, quam sophistica pertinacia est? Primo enim  
illa diserta fuit: αὺτὸς εἰ. H'λιας οὐ πάντα ἔχει οὐδεν. Ipse est Helias ille qui veni-  
rus erat: nempe addito articulo, vt significaret, ie de eo loqui, quem ludei  
ex Malachiæ prophetia, venturum exspectabant. Quid clarus? Tum: Elias  
quidem veniet, sed dico vobis Heliam venisse. Quorū oppositio: H'λιας πρός,  
τέτω γάρ. Aut quis necit ea significari, vere didicisse Iudas ex Malachia He-  
liam venturum: sed perperam exspectati eum qui iam venerat?

XII. Nam quid rum, si dixit, Helias quidem venturus est? Imo Graecē:  
οὐ πάντα ἔχει οὐδεν, quum hic Helias πρός πρότερον πρόστιον. Quid habet, quælo,  
subtilissimus Sophista, quo concludat, ille II. cap. intelligendum Heliam,  
qui nondum venisset, sed adhuc exspectandus esset venturus ad diem iudi-  
cij: Et sane concedit ea verba esse de Helia, qui iam venerat, id est, de Ioanne  
Baptista. Aut ergo dissimilitudinem proferat, aut si intelligat in priore, Qui  
venturus est, de eo qui iam venerat: patiatur Catholicos in posteriori intel-  
ligere. Venturus est, de eodem qui iam venerat. Maxime quum similia sup-  
petant exempla. Matth. 2. Herodes, conuocatis principibus sacerdotum,  
perconatus est, τοῦτο Χεζεκίας Υἱοῦ, eadem propositus phrasit, id est, verbo pre-  
senti pro præterita, Latinus vertit, ubi Christus nasceretur: æque potuit, ubi  
Christus nasciturus est?

XIII. Ioannem fuisse Heliam allegoricè, non ad literam, quomodo  
dictum? Nam dupliciter potuit. Primo ad literam, id est, ex proprio genu-  
noque sensu Malachiæ: secundo ad literam, id est, ex propria, prima &  
genuina significatione, ipsius nominis Heliae. Nam hoc quidem sensu, fa-  
temur Ioannem esse Heliam allegoricè, sed vicissim afterimus, priori sensu  
Ioahem esse Helia ad literam, id est, non illum quidem Heliam, qui Thes-  
bites fuit, habuitque successorem Elisum: sed illum tamen ipsum Heliam,  
de quo Malachias loquebatur. At Bellarminus intelligens Ioannem  
esse priori modo Heliam non ad literam: & prophetam loquutum esse de  
Helia secundo modo, apud cordatos πολλοὺς γέλασθε φλισατε. Quia igitur  
Ioannes non erat Helias ad literam secundo modo, quæ tamen erat halu-  
cinatio Scribarum, ideo opportune Christus monuit, Qui habet aures ad au-  
diendum, audiat.

XIV. Superest Apocalypsis, cap. II. & dabo duobus testibus meis, & pro-  
phetabunt diebus mille ducentis sexaginta annis. Et post idem dicu-  
tur ab Antichristo in efficiendi, eorumque corpora per tres dies man-  
sura insepta in platea Hierusalem, idem post tres dies resurrecti, & in  
cœlum ascenuti.

XV. Respondeo, ne hic quidem agi quicquam de Henoch & Helia.  
Nam primo, ne nomen quidem exprimitur. Secundo, nulla circumstan-  
tia indicatur, quæ ijs conueniat, eorumve vita. Tertio, ad Hebreos II.  
dicitur τοῦτο Ε'λιας πρότερον, & μηδὲν διάβατον. Enoch fidei translatus est, ne-  
videtur mortem, hoc est, ne moreretur. Atque à Ioanne dicuntur hi duo te-  
stes occidendi: ergo neuter eorum erit Henoc. Quod si in uno mentiuntur  
interpretes, quid in altero potest esse certi?

XVI. Venio ad Patres: in quibus testes nominat Bellarminus, Hilarius  
Hieronymum, Origenem, Chrysostomum, Lactantium, Theodoretum,  
Augustinum de Helia, tum de vtoq; Bedam, Richardum, Aretam, Dama-  
scenam, Hippolytum, Gregorium, Augustinum.

XVII. At falso quidam nominantur. Hilarius canone 17. in Matth. Re-  
spondit Heliam esse venturum, & restituere uniuersa, id est reliquum quod depre-  
henderit ex Israel ad cognitionem Dei reuocaturum. Sed in virtute ac spiritu He-  
lia Ioannem venisse significat. Hic vero, quid Hilarius de Antichristo, aut An-  
tichristi temporibus? Quid, quod non pertineat ad primum aduentum Chri-  
sti? Hieronymus in Matth. 17. Ipse quidem venturus est in secundo Saluatoris  
aduentu iuxta corporis fidem, nunc per Ioannem venit in virtute & spiritu. Am-  
biguum illud esse queat de corporis fidei: it ne de resurrectione intelligendu-  
m, an de traditione illa Pharisæorum: sed Hieronymi quæ mens fuerit,  
intellige, partim ex secundo saluatoris aduentu: vix n. ita dici potest de eo  
qui ita venturus singitur, vt ante illum aduentum secundum moritum sit  
partim ex commentariis in Malachi, ubi hunc de corpore Helia impu-  
rat Iudei suum Messiam exspectantib. Iudei & Iudei, antes hereticis, sūt am-  
bitus & λαμπρού suum, Heliam putant esse venturum, & restituendum omnia. Vnde &  
Christo in Euangeliō proponitur questio. Quid? quod Pharisæi dicunt, quod Helias  
venturus est? Quib. ille respondit: Elias quidem veniet, & si creditis, iam venit,  
in Helia Ioannem intelligens. Nam quod Bellarminus mutasse sententia di-  
cit, audax est dictum: at non verax. Videmus n. locum ex commentariis in  
17. Matth. esse ambiguū. In cap. autem II. manifeste non suam, sed aliorū  
sententiam recitat. Sunt qui propterea Ioannem Heliam vocari putant, quod  
quomodo in secundo Saluatoris aduentu iuxta Malachiā præcessus est Helias,  
& restituendum iudicem nunciatur, sic Ioannes in primo aduentu fecerit.

XVIII. Origenis in Matth. 17. nihil vidi quod ad Antichristum refera-  
tur. Respondit Iesus non reprobans quidem quæ à Scribis tradita fuerant de Helia  
sed alium Helia aduentum ante se indicans faciunt, quem ignorauerunt Scribi.  
Sensus est, non improbaria Christo id, quod à Iudeis dicebatur, Helia ven-  
tum ante Messiam: sed docet alium eius aduentum esse ab eo quem pu-  
tabant.

XIX. Quod ad reliquos attinet, fateor non paucos sentire, Eliam & Enochum, qui in cœlis vitam nunc degant in corpore, inde venturos paulo ante diem iudicij. Sed de Helia erroris causam habuisse Græcam editionē librorum sacerorum, in quibus locus Malachia sic legebatur, *καὶ ἴδιον ἡ δημόσιον οὐαῖς Ἡλίου τὸν Θεοῦ βίτιον*: Ecce mittam vobis Eliam Thesbytem, manifesta depravatione, pro, Helia propheta. Legebant autem ita non tantum Cyrillus, & Theodoreetus, & Hieronymus, in ipso contextu, sed etiam Chrysostomus haud aliter citat homil. 58. in Matthæum, & Aretas in Apocalypsi II. Inde factum igitur, ut nō putarent locum esse allegoria; a qua origine quis miretur longe lateque errorem peruagasse? De Henoc autem sic Arcetas. *Ἄρτεζος Ενωκούς μὴ πάντας τοὺς παρεγνούς δοῦντας γέραφης σῶμα κραυγή,* τὸν δὲ Αργειούντοντος απαντώντος λόγῳ. Λόγος δὲ φίρεται τούτῳ οὐδεποτε φυτόν την εἰλαυνούσι, αὐτὸς δημιουρός τους οὐδὲ τὸν οὐρανὸν μηδέ τὸν Θεοῦ βίτιον. De Enoch testimonium nullum quod attineat ad eius presentiam, habemus ex Scriptura, sed tantum per translationem immortalitatem donatum esse. Verum fertur sermo ex traditione poruadens Ecclesiam inuariate, ipsum etiam venturum unum cum Helia Thesbyte. Ergo altera opinio ab Impostura est: altera à traditione cuius neque à Scriptura, neque ab ullo certo autore initium. Quem ergo moueat?

XX. Quanquam quod Aretas dixit, ὁ λόγος φίλος τοῦ Σπλαντζίδης προτείνεται, perperam Bellarminus interpretatur invariabiliter à tota Ecclesia credi. Nam neque id ipsa verba sonant, sed tantum constantem sermonem in Ecclesia audiri: neque adeo verum. Nam Andreas Cæsariensis in eodem Apocalypsis locum, Τούτος δέ οὐ μάρτυς εἴη ἀλλα πολλοὶ τῶν διδασκάνων χρονοῦν. Per hos testes multi doctores intellexerunt Enochum & Heliam. Multi, inquit, non omnes. Et fane Victorinus, antiquissimus variat, Multi, inquit, putant eum Heliam esse, aut Helisai, aut Moyser, sed utriq[ue] mortui sunt Hieremias & mors non inuenitur, quia omnes veteres nostri tradiderunt illum esse Hieremiam: Nam et ipsum verbum quod factum est ad eum, testificatur ei dicere: Pruis quam figurare te in ventre, cognoviste, et pruisquam de vulva procederes sanctificauit te: Et prophetam in gentibus posuit te. In gentibus a prophetâ non fuit videò verbum Dei verax, necesse habet, quod promisit exhibere, ut in gentibus prophetas sit. Laetantius item diuersam habuit sententiam, nimisrum non duos, sed unicum venturum prophetam. Hieronymus item hæreticis tribuit, somnium illud de Helia.

**XXI.** *Superestratio Bellarmini.* *Nisi id concedatur, non potest redditio, curisti duo rapti sint, ante mortem, & adhuc viuant in carne mortalibus, aliquando morituri.* *Quod enim mortuus non sit Henoc, Apostolus docet* 11. ad Hebreos: & quod tam ipse quam Helias mortui non sint, & tamen morituri sint, clare docent Irenaeus, Tertullianus, Hieronymus, Augustinus, Epiphanius.

XXII. Atqui viuere in cœlestibus Henochum & Heliam, & viuere in corpore, viuere in carne, Catholici non dubitant: nec rationem inquirunt preter Dei verbum, contenti scire nō sū, et si nō sū ignorantē: mo hoc ignare gaudent, Deo non reuelante; Quid enim hoc, malum, rei? Ratio redditione potest. Quasi nihil factum narrati queat, debeat, nisi cuius tibi; mihi, alijs sit in proximū, ratio? Sed viuere in carne mortali, & ut aliquando moriantur, hoc vero verbum Dei nunquam docuit. Itaq; non est certum. Ad do non esse verisimile, addo esse contra Paulum, qui dixit translatum esse videat mortem. Quod ad Veterē spectat, scio nonnullos ita opinatos esse, à quibus veniam petimus, & facile obtinemus, aliter sentiendi: Sed mirum est, Bellarminum eos testes maximè delegisse, nominasseq; , qui nihil asserant eiusmodi. Irenaeus tantum dixit translatos in celo manere usque ad consummationem, conspicantes incorruptibilitatē. Tertullianus, nondum mortem gustasse, Henochum candidatum æternitatis. Epiphanius, ambos permanere in corpore & anima propter spem: Hieronymus, Henochum translatum in carne: Heliam carneum raptum in cœlos: necdū mortuos, & Paradisi colonos. At rursus morituros ea verba non significant, Itaque ratio nulla est.

## CAP. VI.

*De persecutione Antichristiana.*

**Q**uartum argumentum à persecutione, quam suscitatur est Antichristus: Hanc fore grauissimam & notissimam, ita ut cesserent omnes publicae religionis ceremoniae, & sacrificia, certum esse. Futuram grauissimam ex Match. 2.4. Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque erit. Apocalypsis 2.0. legimus tunc Satanam soluendum, qui ad id vñq; temporis fuerat ligatus. De quo loco Augustinus de Ciuitate Dei lib. 2.0. cap. 8. & 9. differens, dicit. Antichristi tempore Diabolum soluendum: proinde tanto futuram illam persecutionem grauorem, quanto crudelius potest facire Diabolus solutus, quam ligatus. Hippolytus oratione de mundi cōsummatione, & Cyrilus Catech. 15. dicunt Martires tum futuros illustriores omnibus prætestitis: quia contra ipsū Diabolū personaliter grassantem pugnabunt. At nihil tale adhuc accidit.

II. Notissimam & manifestissimam eis Augustini c. i. lib. 20. de Civitate Dei, & Apocal. 20. ēcinxerunt castra Sanctorum, & dilectam civitatem quibus significatur omnes impios simul futuros in exercitu Antichristi, & aperto matre oppugnatores omnem Sanctorum Ecclesiam, Tunc erumpent omnes in apertam persequitionem ex latebris odiorum. At id nondum impletum.

III. De cessatione publicarum ceremoniarum propter atrocitatem per  
secutionis, scripsisse Danielem c.12. A tempore quum ablasum fuerit ingo- sa

*erificium dies mille ducenti nonaginta. Vbi omnium coherens loquitur de tempore Antichristi, & exponunt Irenaeus, Hieronymus, Theodoretus, Hippolytus, Primasius, Antichristum inter dictorum omnem diuinum cultum qui in Ecclesijs Christianis exercetur, praesertim sacerdotium Eucharistiae sacrificium. At id nondum impietum.*

IV. Respondeo; primo ad locos citatos; deinde ad argumentum. Ille ex Matth. 24 non pertinet ad Antichristum. Primo, quia Antichristi persecutio futura est postrema, ipsis confitentibus Papistis. At illa, de qua loquitur Christus non est futura postrema; Probatur, quia Christus dixit eam futuram talem, non tantum qualis nulla fuerit ante eam, sed qualis nulla futura sit postea. Ridicule, si omnino nulla esset futura. Secundo, Orate, inquit Christus, ne fuga vestra fiat hyeme. Ergo de breui quadam persecutione loquitur, quae potest intra tempus absolu*t* breuius anno, nimirum in quo non comprehendatur hyems. At persequitio Antichristi longe erit prolixior, & saltem confitentib. papistis trium anorum cum dimidio, vbi necessario tres erunt aut quatuor hyemes. Deniq; ex rotius contextus serie apparet loqui Christum de excidio Hierosolymitano, Chrysostomus, ὁ ἀγαπητὸς Ἰωάννος λόγος αὐτῷ, Viden sermonem illi esse ad Iudeos? Et paulo postquam dicitur Ἐλέησον, οὐαὶ τοῖς πατερούς, εἰδοῦσιν τὸν θεόν, εἰ μη θεού, Εἰ μη τομούσιον τὸ τελεσθόκαρον εἰδῆσθαι αὐτὸν, τοις λαοῖς τοῦ νεανίου ματα, μαθαίνεται τὸν θεόν, εἰδῆσθαι αὐτὸν. Erit enim talis tribulatio, qualis nunquam fuit, aut futura est. Ac ne puer quisquam verba fidem excessisse: quin legens losiphi libros, discat huius dicti veritatem. Lucas Brugensis, Erit in Ierusalem, & uniuersitate Iudea, id est certio certius. Et post, Credo cum aliis, absolute veram esse Christi sententiam, intellectam de particularibus gentium ac regionum tribulationibus, nullam unquam regionem, nullam gentem passam fuisse aut passuram tantam tribulationem, cladem, & calamitatem, quantam gens & nationem Iudaorum.

V. Locus a: Apocalypsis longe difficillimus est. Describitur n. Satana ligatus in annos mille, ut postea solueretur ad tempus breve. Deinde inquit Ioahes, vidi sedes, & sederunt super eas, iudicium datum est eis, & anima eorum qui securi percussi sunt propter testimonium Iesu, & propter sermonem Dei, qui non adorarunt bestiam, neque imaginem eius, neque acceperunt characterem eius in frontibus suis, aut in manibus: viuentis, & regnabunt cum Christo mille annis. Et paulo post: Quum vero expleti fuerint mille anni, soluetur Satanas è carcere suo. Hæc, aut omnes, aut plerique omnes ita explicarunt, ut intellexerint damnationem Satane tum factam quia Christus venit in mundum. Mille annos vniuersus tempus à Christo ad Antichristi aduentum; quo tempore soluendus sit Satanas: & videtur Bellarminus consentire. Sed hoc si sita est quomodo, ante illam solutionem Satanæ visæ sunt animæ martyrum, qui non adorauerant bestiam, neque acceperant eius signum aut in frontibus: aut in manibus: martyrum, inquam, qui debebant, cum Christo regnare annis illis mille, quibus completis soluendus erat Satanas? Nam ego quidem vide non possum, quin nam ista cohærent. Neque nondum explicant, sed dissimilant potius, Andreas, Aretas, Primasius, Haimo, reliqui.

VI. Locus etiam Danielis, ad literam si sumatur, valde alienus est ab Antichristo: est enim prophetia de Antiocho Epiphane, & Ecclesia Iudeorum quæ ab illo crudelissime vexata, coactaq; est omittere iuge sacrificium. Itaque, si applicatur ad Antichristi tempora, omnino discedendum a litera & mysticus sensus amplectendus.

VII. Nunc ad argumentum. Concedimus persecutionem sub Antichristo praedici & vehementissimam, & manifestissimam. Sed nihil huiusmodi accidisse, constanter negamus, nec sperabamus hoc, sole lucente qnenquam futurum, quia assereret. Nam contra nullum vnamquam fuit tempus, quo tam diu, tamq; crudeliter saeuitum sit ob solam religionis causam quam ab annis, imo seculis multis. Et obseruant, qui historias legunt iam inde ab Hildebrando, id est, Gregorio septimo, numquā nō sanguine Christiano distillasse manus Pontificum. Nam atrocissima illa bella inter Papas & Imperatores, gesta sunt praetextu pietatis: & ut loquebantur, extirpanda haeresis Simoniacæ: quum ne fundo quidem auditum esset vnamquam apte hætes apertis bellis esse, aut prohibitas, aut prohibendas. Deinceps autem domitis Imperatoribus, qui ventum esset ad culmen tyrannidis Antichristianæ, sufficiavit varijs temporib Deus varios heroas, qui bestiam mundi indicarent. Valdenses primo, inde Voilefum, tum Hussum, deniq; Lutherum, & qui aut cum eo, aut post eum fuere. Atq; hæc fuit apta materia Papæ saeuendi. Nonne enim clasticum quacumq; auditum in Albigenses, Ioannes Hus, Hieronymus Pragensis, quid non sunt passi? In eos a quoq; modo Lutheranos, modo Zuinglianos, modo Caluinistas, modo Huguenotos vocitarunt, quæ non sunt tentata crudelitatis immanis genera? Et nege aliquis hanc esse persecutionem? & persecutionem vehementissimam? & persecutionem apertissimam?

VIII. At, quæ comparatio (inquit Bellarminus) cū persequutione Nero-  
nis & dissimilitudine d'ob. concipit capitib. Primum caput, Numerus; N  
pro vno qui cōburitur, mille olim Christiani interficiebantur: idq; in tote  
orbe Romano: non in vna tantum prouincia. Damasus obseruauit in vita  
Marcellini, supra septendecim millia Christianorum à Diocletiano interfe-  
cta: Eusebius, adeo fuisse caeceres martyribus plenos, vt non relinqueretur  
locus facinoris. Altetum caput, Supplicia. Nunc, inquit, summā pœna ei  
comburi hominem, tum vero incredibilia & diutissima tormenta  
genera exercebantur.

IX. Respondeo: nullam te vera comparationem esse, inter Ethnico persecutions, & Papisticas: Nam has illis esse longe superiores. Primo n Ethnicæ erant tantum corporales: at hæc vexant in primis animas, in qua longè tristior est carnificina. Secundo, illæ breviores fuerunt, annorum trecentum: hæ diuturniores, annorum iam sexcentum: Tertio illæ cruciatus generæ, molliores: ista immaniores.

X. At numerus impat. Falsum. Septendecim millia vno die martyrum  
clim fuisse sub Diocletiano cæsa rerulit; tanquam aliquid magnum. At no-  
stro tempore in Gallia yna. Nam illa septendecim millia fuere ex viuestris  
Imperio Romano. Sed in vñica Gallia anno septuagesimo secundo deci-  
mi septimi seculi cæsa sunt, hominum cuiusvis ætatis, vtriusque sexus, in  
tra patefissimos dies, triginta millia. Et si res gestas altius repetamus, ipsi  
ipse, inquam, Bellarminus libri de Notis Ecclesiæ c. postremo, narravit  
die cæsa fuisse Albigensem centum millia. Exclamem cum illo, Quia  
compatrio! Rursus nostra ætas, soletine fuit Dueis Albani, Belga-

administrantis nomine Regio, apophthegma, paucis annis a se per carnificem perempta animarum millia triginta lex.

XI. Saltem supplicia olim duriora. Ethocitidem falsum. Ethnorum visitatissima supplicia, cruces, gladius, lapidinae, catasta. At Papistae a crucibus abstinere illi quidem: sed ignes adhibuere: gladios strinxere: tritemes armavere: Quid vndas dicam, & laqueos? Etiam viuentes foeminae defossae sunt: multi inedia consumpti. Quid carceris pædorem loquar? Et sunt ista sane etiam Ethnicis communia. At certe lento ignes Papista habuerunt eximios: quibus vix comparem nocturnas faces Ethnicorum. Et quo loco reculent Hispanicam Inquisitionem, cuius nomē solum yix audiiri potest absque horrore? Denique, quid promiscuas cædes centemus? Vidi ne vñquam antiquitas Christiani sanguinis riuos fluentes? At nostra videre tempora. Quod si haec ipsa suis circumstantijs vestre velim, quis non toto corpore cohorresceret? Et Ethnici severiores, duriores, crudeliores? Non fuere, non fuere.

XII. Acumen Sanderi. At Papa haec non facit: sed ciuilis magistratus. Nam Ioannem Hus, & Hieronymum Pragensem, tum Papa, tum Conciliū brachio seculari tradidit. Et t'apa viræ ac necis potestatem non habet in eos, qui extra eius territorium degunt.

XIII. O scelus! non sequunt tantum: sed etiam insultant. Sed, quid si Ælopicum cubicinem obijcam? Non intererat lanient Parina Papa, atdem latos ignes, eius lanient causa, vidit: latos non Romæ tantum, sed etiam in Vaticano: & processioni interfuit. Ab eo que misus Fabius Vrfinus Cardinalis legatus, qui Lugduni, Boidonum lanient antesignanum palam laudauit, & potestatis plenitudine gratis beneficio impertuit: regisque in ea lanient prudentiam, patientiam, animi magnitudinem, publice & priuatim apud omnes, etiam cum verborum delectu commendauit. Quid plura? Hunc tam fœdum, tam immanem casum Pontifex ipse in sacri sui magistratus auspicjs maxime, interprospera ducebat, teste Thuanus historiarum lib. 54. Hunc excusat absentia? Anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, cimus non interfuisse bellis nostris ciuilibus: sed eundem cimus eadem bella pace composita, tam ægre tulisse, vt vix à rege nostro Athemate feriendo abstinuerit: in prælatos Gallicos, & Nauarrem reginam ira exonerata. Et hunc negemus facere, quæ & facta gaudet, & infœcta dolet? Præterea, quis nescit haec omnia facta, sollicitantibus, horrantibusque Ecclesiasticis, quos vocant? Quis nescit Episcopos Auenionensem, Arclatensem, Aquensem, reliquos vicinos, & sacerdos contulasse, & tandem etiam pecunias suppeditasse, vt cædem Merindolensem, & Caprarensem promouerent? Quis nescit instigatum à Papa Carolus V. in Protestantes, etiam adiutum copijs Italos? Quas etiam ciuilibus nostris tumultibus interfuisse quis ignorat? Copias, inquam, miseras à Papa: Et nihil horum facit Papa? Et nihil haec crudelitatis ignominia ad eum pertinet?

XIV. Pergamus ad alia. Ad Antichristi persecutionem referunt cestationem cultus diuini. Nec ægre nobis faciunt, si modo verus cultus intelligatur. Nam omnino cultum diuinum tollendum, vt neque vere, neq; facte Deus colatur, neque ipsi, opinor, Papista contendat: neque nullus euincat. Dicimus ergo hoc ipsum contigisse, vt sub Papa tyrannide verus Dei cultus cessarit. Nullum enim cultum Papa tolerat præter suum: totum conflatum ex superstitione, & idolatria: quas numquam Deus agnouit, aut approbavit. Itaque negamus in Papistica religione Deum vere coli. Et quia non colitur Deus nisi vere: Ergo negamus Deum coli. Et sane, quis non nouit, maximam Romani cultus partem referri ad creaturas? Angelo s, puta, Sanctos, reliquias. Hic autem cultus vt vigeat, prohibent alios omnes. Imo non omnes. Nam Iudei in medio Papatu libere blasphemant: sed soli eum, qui conformatus est ad Scripturæ præscriptū, primæq; Ecclesiæ exemplum. Ita bellum in Germania motum a Carolo V., vt nullibi licet protestantibus sua sacra exercere. Ita in Belgio. Et in Gallia, quoties bellum indicebatur Catholicis, toties exterminatæ sacræ conciones, sacræque preces. Et hodie, etiam compositis rebus, aliquot duntaxat locis libertas est: Lutetia, Lugduni, Tholosa, multisque alijs vrbibus, si vel Psalmus decentatus est, vel preces conceptræ, carceribus nihil certius. In Hispania, in Italia, quis locus est vero Dei cultui? Ergo hoc etiam argumento Papa est Antichristus.

XV. Verum duo huius cultus prohibiti præcipua capita obseruarunt, Baptismi, & Eucharistiæ prohibitionem. Quanquam Bellarminus solam Eucharistiæ notat. At Sanderus demonstratione 35. Ad persecutionem Antichristi, inquit, hoc vel maxime pertinet, vt non patiatur Baptismum Christi, vel parvulus, vel adultus administrari. Vnde hoc habet? Quia Hippolytus putet, Antichristi sigillum tale fore, vt quicunque cogatur dicere, Nego Baptisma. Et Augustinus de Ciuitate Dei lib. 20. manifestissime significet, Antichristū omni studio curaturum, vt Baptismus Christi nullis omnino detur. At id non facit Papa: Ergo non est Antichristus.

XVI. Atqui Hippolytus autor est nihil: qui postquam magno hiatu pollicitus est le nulla mysteria à Daniele dicta celaturum eos, qui mente fana erunt prædicti, meritis diuinationibus, imo absurdissimis fabulis suos illos, fana mente præditos, scilicet, pascit ac delectat. Antichristum futurum ipsissimum Diabolum, & vt loquitur, in propria persona, assumptum carnem ex Christi simulatione, nasciturum ex virgine, quanquam falso: nimis asumpta, non vera, sed phantastica carne. Futurum initio humanum, & religiosum, donec à Iudæis in regem eligatur, tum enim proditione leipsum. Venturum non Henochum tantum & Heliam, sed etiam Ioannem Baptistam, & alia eiusmodi: quæ Margarinum subinde coegerunt ad marginem cautelas addere. Hos autores sane habeat Sanderus in delicijs. Catholici irritideant. Et tamen hoc ipsum de sigillo, diuinando eloquitur, At dicimus fortassis scripturam illius signi esse ap. o. p. id est, nego. Et postea. Nego crearem celi & terræ nego baptismum, nego adorationem à me Deo præstari joh. 14. tibi adhæresco, in te credo. Ita ex fortita opinione, Sanderus nouit demonstrationes confidere. Neque Augustinus securus loquitur, Potius est credendum quod tam fortis erunt & parentes pro baptiz. andis parvulus suis, & hi qui tunc primitus credituri sunt, vt illum fortis vincant etiam non ligatum. Potius, inquit, credendum: ergo quum variæ proponerentur sententiae, hæc ille potius elegit. Sed an ea demonstratio est? Quanquam ignoscendum bonis olim viris, qui longe remoti ab Antichristi temporib. non poterant in rem ipsam digitum ferre: nec præuidebant immanem baptin. i. adulto-

rationem, quæ ipsum non tollit quidem, sed tamen adeo immutat, vt omniū mihi in baptinō, baptinus appearat.

XVII. Sed in Eucharistie Sacrificio contentiūt omnes Papistæ, magnasque tragedias excitant. Eucharistiam esse Sacramentum novum Evangelij. Antichristum autem sublaturum iuge sacrificium. Ergo sublaturum Sacramentum Eucharistie. Nihil solidi. Certum est, Eu. charistiam esse sacrificium Euangelij: at non propriè dictum, sed metaphoræ ē. Nam sacrificium externum propriè dictum, omnino nullum habent Christiani. Itaque non magis Eucharistia ab Antichristo extinguenda, quam alia partes diuini cultus. Imo verius Antichristum præcipue laboraturum in tollendo vero sacrificio Christiano, nimirum interno, quo ablato, quid sunt, aut quam vim habent externæ ceremonia? Deinde dico ab Papa sublaturum esse Eucharisticum sacrificium. Quia funditus apud Papistas Eucharistie Sacramentum perit: substituta in eius locum Missarum fœdissima nundinatione, quæ præter sola verba, nihil Eucharistie retinuit: Qua de re alias, Deo dante, sumus disputationi.

## CAP. VII.

### De duratione Antichristi.

I. Sequuntur argumenta quintum, & sextum, quorum, quum sit vnum, idemque fundamentum, duratio Antichristi, vna etiam ead emque fiducia debet dealbari. Supponit ergo primo, Antichristū regnaturū duxat annos tres cum dimidio. Secundo, statim post eos tres annos, pauculis interiectis diebus, Christū venturum ad iudicium, atque ita futuram mundi consummationem. At Papam regnasse iam annos mille sexcentos, atq; eo amplius. Necdum tamen venisse saeculi consummationem. Ergo Papam concludunt non esse Antichristum.

II. Primum colligunt ex 7. & 12. Danielis, & Apocalypsis 12. vbi legimus duraturum Antichristi regnum per tempus, & tempora, & dimidium temporis, id est, annum, duos annos, & semi annum, siue menses quadraginta duos, siue dies mille ducentos sexaginta. Deinde probant ex Patribus quorum ea communis sententia. Et quia Apocalypsis duodecimo, & vigesimo, dicitur Antichristi soluti tempus forte breuissimum. Et quia, nisi illa persecutio esset breuissima, multi perirent, qui non sunt perituri, teste Augustino, & Gregorio. Et quia, Christus tribus annis duntaxat cum dimidio prædicauit: ergo decet non diutius Antichristum negare.

III. Secundum vero inde concludunt, quia aduentus Antichristi futurus sit paulo ante finem mundi. Et quia Daniel capite primo dicitur, post Antichristum, statim futurum iudicium: itemque Apocalypsis vigesimo. Item Matthæi 24. Prædicabitur Euangeliū in vniuerso mundo, & tunc erit consummatio. Item, Statim post tribulationem illorum dierum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & tunc apparebit signum Filiū hominis. Secundo secundæ ad Thesalonicensi. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui: Et 2. primæ Ioannis, Filii, nouissima hora est, & sicut audistis, quia Antichristus venit: & nunc Antichristi multi facti sunt: unde scimus quia nouissima hora est. Denique idipsum probant ex communī consensu Patrum.

IV. Respondeo primum de Papæ duratione sumi falso. Non enim regnauit Episcopus Romanus annos mille sexcentos. Nam sic regnasset iam inde ab initio Christianitatis, quod est falso: quum vniuersalis Episcopus inter Christianos nullus auditus sit, multis post Christum seculis: qua de re multa disputata sunt in præcedentibus libris. Sed ita solent Papistæ sumere pro certis, quæ sunt maxime controversi: Siclibet in re serie nugas agere: imo sic liber in religionis negotio orbi illudere.

V. De Antichristo, respondeo nihil certius esse, quanquam eum abolidum illustri Christi aduentu. Docet enim Paulus, Quem, inquit, Dominus conficiet spiritu oris sui, & illustri aduentu suo abolebit. Quibus verbis putamus duos gradus distinguiri destructionis Antichristi: nimis inchoatae, & perfectæ. Hæc tum erit demum, quum Dominus illustris apparebit, nempe secundo, & ad orbem vniuersum iudicandum. Illa autem hanc præceder, quum verbo eius, id est spiritu oris, ita conficietur Antichristus, vt sentire incipiatur vim illam infinitam eius, à quo tandem abolidus est. Itaque serio gaudemus, quum non nostris tantum temporibus, concessum à Deo est, vim illius spiritus videre: sed etiam nobis concessum illius esse spiritus administris. Quis enim non videt, quantam Papæ plagam inflixerit verbū Dei prædicatum? Quot gentes ab eo se subduxerint? quæ alia dictione meditentur? Denique quis non videt, nusquam Papæ suam autoritatem constare, nisi mera defensam tyrannide? Nam quantumvis laborent prædicationibus, confessionibus, hæc miraculis, tum alij, tū omnium maxime Iesuitæ, tamen in Hispania, in Italia: quæ tolæ prouincie residuae sunt manuacavæ, nisi horror Inquisitionis obstaret, iam pridem omnes verâ profiterentur religionem. Et tamen ne ipsam quidem Inquisitionem obstat, quomodo multi & anhelent ad Euangeliū, & minentur aliquid non satis gratum Pontifici. Tu incepisti, Domine, opus tuum, tu perfice. Et tuos exaudi, tam ardenter optantes postremum illum diem, quandoquidem fere perit Romanum Imperium, & reuelatus est Antichristus, quamolim vehementer precabantur pro mora finis, vt & diutissimum esset Imperium Romanum, & serio veniret Antichristus, *Nunc igitur, Reges, starf, præst.*

VI. Sed de temporibus vel potius temporum calculo, respondemus, non esse nostrum nosse tempora, & repetimus, quodiam diximus. Prophetias ante euentum esse obcurissimas, neque a quoquam intelligi, nisi Prophetæ, hoc est, per reuelationem extraordinariam. Itaque quum Antichristi finis nonum venerit, ideoque prophetia de eius duratione nondū simiplera: nihil mirum, si annorum computatio nondū sit perspicua: remaneantque in eo argumento gryphi, quibus soluendis non Oedipo opus sit, sed Daniele, sed Euangelista Ioanne. Exspectet potius Ecclesia, possidens animum suum in patientia, donec impletis omnib. patefiant quæ nunc ignorantur. Et dicant Papistæ se neque Prophetas esse, neque filios prophete-

**LIBER DECIMVS SEPTIMVS, CAP. VII.**

37

prophetarum: ac proinde suas nobis coniecturas ne pro oraculis venditent.

VII. Ioannis admonitionem tuto pectore amplectimur. Monebat enim ille iam cum suis, ut cogitarent nouissimam horam esse, quā auditum est Antichristum venturum: Hoc est, post Christi primum aduentum inchoata esse postrema tempora, quibus expectanda reuelatio Antichristi; tum postea omnium instauratio. Quum ergo iam tunc hora esset nouissima, hoc est, tot ante nostra tempora seculis: quo iure eandem ad paucorum dierū summam contrahat quisquam? Quanquam futurum breve tempus, nemo nostrum negat. Sed breuitatem huiusmodi certorum cognitotumq; dierū numero putare, solum Deum posse credimus. Matthæi verba de consummatione, post prædicatum Euangelium, antea docuimus, non pertinere, aut ad Antichristum, aut ad finem mundi, Paulus destruendum dixit Antichristum, sed neque annorum numerum, neque adeo tempus designat, & reuelatione ad interitum.

VIII. Daniel de Antichristo propriè nihil prædixit: sed tantum sub Antiochi figura Itaque illud de cessatione continui, proprie ad Iudeos pertinet, quorum etiam erat hoc est, iuge illud sacrificium, quod singulis diebus, & quidem bis, cœlebrabatur. Quodque Antiochi Epiphanis tyrannde cessavit in Iudea proflus, & quidem ad literam expleto numero, ut docuit Scaliger lib. 6. de emendatione Temporum. Et sanc primi Macabœorum, c. 1. Antiochus dicitur anno Græci Imperij centesimo quadragesimo tertio spoliassit templum, ablatis omnibus vatis sacrificiorum, atque post annos duose odem misisse prefecit æxarit sui; ac tū decretū fuisse Ianuarium, nempe anno centesimo quadragesimo quinto: posteaq; die decimoquinto noni mensis, cui nomen Casleu, idolum in constructum, prophanatumque templum. Denique anno centesimo quadragesimo octavo describitur, c. 4. purificatio templi, vigesima quinta mensis Casleu. Id spatium facile colligitur æquare tempus, & tempora, & dimidium temporis, id est, annos tres cum dimidio.

X. Et sanc*t*e, quid afferunt caus*a*, cur ad literam tres alini cum dimidio intelligantur, & non pro annis annorum, vt nonnulli volunt? id est annis mille ducentis sexaginta, qui numerus est dierum alibi expressus? Nam dies pro annis prophetic*e* computari, quis nescit? Et in hac ipsa prophetic*a* lo-annis, nonne testes dicuntur prostaturi dies tres cum dimidio? Adde Anti-christi persecutionem debere esse generalem contra vniuersam Ecclesiam, quod ne ipsi quidem Papist*a* dissentur: tribus autem annis solis cum di-midio, per totum orbem posse subito Antichristum dilatare sc*eu*itiam suam qu*u* sit verisimile? Maxim*e*, quum a paruis initis ad magnum culmen pro-gressurus sit, quod sine dubio, non annorum paucorum, sed seculorum ali-quot spatium postulat. Nam neque Antiochus Antichristi typus subito in immensum crevit: nec Alexander ipse, nisi nixus paternis & opibus & victo-rijs, in tantam gloriam progressus est. Monarchia autem Romana multis fe-culis vix tandem maxima fuit. Et vero vanitatem cogitationum papistica-rum aduertite. Volunt enim a Iudaeis regem eligendum: inde *Egyptum* inuasurum, & *Aethiopiam*, & *Libyam*, tum conuersum in Occidentem oc-cupaturum prouincias olim Romano Imperio subiectas. Ethis tantis re-bus tantulum tempus concedi? Omnino enim minimum esse oportet. Na-priusquam iubeat cultum Dei vbique cessare, necesse erit eum vbique im-perare. At non imperabit in prouincijs septem Romanis ( sic Scipio*u*s antequam deuicerit *Egyptum*, *Aethiopiam*, *Libyam*). Concilient ista possunt. Nam cessationem iugis sacrificij volunt esse praecise trium anno-rum cum dimidio. Quid ergo iubebitne cessare sacrificia, ante quam si-Rex? Aut igitur non celab*it* sacrificium tres annos, aut vno i*c*tu oculi, in-star fulguris, totum orbem occupabit. Hoc vere quis credat? Longe igitu-pr&gt;

XI. Verum negat Bellarminus intelligi posse annos per dies. Quia non ut Hebdomadē sic mensis, vel annus denominatur à numero dierum. Redeigitur dici Hebdomadem annorum: at non recte mensem annorum, & annum annorum.

XII. At id nihil obstat. Nam quia mensis numerus est certus dierum, unde nomen accipiat, ut dies intelliguntur, sic etiam menses. Id enim analogia cogit. Nam si sunt triginta dies, mensis unus, & dies sit annus: Ergo triginta dies, annorum efficient mensem annorum. Nec alia anni ratio negat, enim in eo nulla nostrarum ratio, sed tantum analogia observationis. Alioquin, quandoquidem dicimus nomen a nullo est numero, non posset dies annum significare, quod est falsum. Denique Ieremie 28. anno, legitimus dierum, & quidem bis: ridiculè, si anni nulli sunt dierum:

C A P. IX.

De Nomine & charactere Antichristi.

I. **A**ccedit Bellarminus ad Nomen, & characterem Antichristi: quorum quia nondum vlla est cognitio, concludit Antichristum non venisse. Ratio consequentiae. Nam si Antichristus venisset, atque esset Romanus Pontifex, certo constaret de nomine, deq; charactere eius, à Ioâne prædicto. Siquidem omnia vaticinia, quum implera sunt, clarissima efficiuntur. At de Nomine & charactere Antichristi adhuc maxima controversia est. Igitur Ioannis vaticinium nondum est implatum. Antichristus nondū ve-

**37**  
nit: Papa non est Antichristus. Ut autem doceat ignorari virumq; inulta  
varia sive enumerat sententias, easque refutat, sed de his postea. Nunca  
argumentum.

**II.** Primo negatur consequentia; Occurrunt in Prophetis enuntiationes obscurissime, quæ etiam tum quum implenter, vix intelliguntur. Si in Daniele, statua illa tam varie explicatur, quam aliud quicquam, quæ tamen oportet sortitam esse complementum iuum: quandoquidem dicitur deiecta à lapide, qui creuit in montem magnum, quem esse Christum nemo dubitat. Quū igitur impletum sit de Christo quod dicitur: qui possum illa, quæ eum præcessisse notatur, non esse completa? Et tamen, ut dixi, maximè variant doctrinæ sententiae. Quid de septuaginta Hebdomadib. dicam? Nam omnino necesse est eas pertinere ad primum Christi aduentum itaq; impletas iam ante multa secula. Et tamen nondum inuentus ullus est cuius suppurationi omnes acquiescent. Non est igitur verum omnes Propheticarum particulas post complementum distincte intelligi Itaq; quem admodum inter infanos computaretur, qui ex obscuritate vel statuæ, vel hebdomadum, concluderet nondum venisse Christum: sic qui Antichristi negat reuelatum ob obscuritatem numeri aut characteris, n̄ ille meritis agat. Nam in Christo certissime apparent impletæ tot alia circumstantiae, quibus à Prophetis describitur eius persona, ut tenuis numerorum subtilitates nihil contra possint. Similiter in Papa docuimus certissime apparet replerasque omnes notas. Frustra ergo in una aut altera calumniam faciunt Panistri.

**III.** Sed de Numero nominis, deque charactere disputat propter hunc locum Ioannis 13 Apocalypsis, Et facit ut omnes parui, & magni disiuites & pauperes, liberi, & serui, accipiant characterem in manu sua dextra, aut in fratribus suis, & ne quis posset emere, aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestie, aut numerum nominis eius. Hic sapientia est, Qui intelligentius praditus est, computet numerum bestie: numerus enim hominis est, & numerus eius sexcenta sexaginta sex:

IV. Qui hærent literæ, numerum nominis intelligunt summam facti ex literis alij cuius nominis, pro more Hebræorum, Græcorumq; quibus alphabeti literæ fuerunt pro notis numerorum. Itaque laboratunt in inventuendis huiusmodi nominibus: olim Irenæus duos exhibuit, *λατερατεταν*. Alij addiderunt *λαμπτης*, *αυτημος*. Præterea *ονειρητης*, *ηγος οδηγητης*, *βλασφεμης*, *παιλα βασιλας*, *αμερικανης*, *θυσηνης*. Nonnulli dixerunt, quo vocabulo tamen exceditur numerus, itaque apud Primarium et *ειρηνημε* vocabulum nihil. Ambrosius Amsbertus Latine, *Dic lux*. Nostris temporib. studia partium, le ipsa varie exercuere. Papistæ, nugaces, Linda-nus, Martin, Lauter. Genebrardus *לול*, inepit uterque quasi nominum depravatio prophetias explicet: nam quisille siue Lauter, siue Lultér? Belarminus *דכיך כיתרין*: quasi Ioannim in mentem venisset in Cardinalem, siue & *ק'qua* forma, *qua* Analogia Chytreus est: Hebraismi ignorantia, siue iocularis peruersitas: quid enim est *דכיך* aut quis ita appellatus? At Catholici certe ingeniosius *תורה מומין*, *אַמְּלָה נִסְתָּחֵם* *Imaling*. *Thetais* *μιτιτι γαῖας*, *νιμο-αι* *νιμο-αι*, & forte quædam alia.

V. Verum hæc ratio, ut liberè dicam quod sentio, alienior videtur à Spiritu Sancto: & ad Cabalistarum somnia nimium accedens. Atque adeo alias aut nunquam prædictis cuiusquam nomen Deus, aut ipsissimum prædictum. Sic Cyrus, sic Ioannes. Nam quod in Sibyllinis verbis legitur Iesu designatus per octingenta octo: nugatorium est, non à Spiritu Sancto. Secundo proprium saltem nomen esse non potest unius hominis, quandoquidem antea docuimus eos alucinari, qui induuiduam personam existimant Antichristum Ergo necessario ut vel commune, vel proprium viae licui statui. At commune, quo iure appelletur nomen bestiarum: Nomen statu cuiuspiam, nemo adhuc protulit. Tertio non tantum dicitur futurus iste numerus eius nominis, sed etiam prohibendi emere & vendere, quicunque non habebunt numerum eius nominis Quomodo autem id intelligi possit de cabalistica illa literarum supputatione, ego quidem non video, quomodo inquam, alij possint eius nominis eum numerum habere.

*VI. Deinde, quānam supputandiratio? Hebraicane, an Græca, an Lan-*  
*na? At Latini per literas numeros non solent notare: pauculis exceptis, v-*  
*M, D, C, L, X, V, I. Ex quibus primo vix yllum nomen confici potest: im-*  
*prosunt Latine nihil præter illud *Dic Lux*, Ansberti. Quinetiam & M. & D.*  
*docti virtio factas literas docent pro *C I C I*: ita supersunt dunata xat C. I.*  
*X, V, I. ex quibus nullum nomen. Non potest ergo Latina supputatio ini-*  
*ri. Græca possit aut Hebraea: Sed primum, si datur pro nota Antichristi*  
*non deber esse aut incognita, aut pauculis duntaxat cognita. Nam si inco-*  
*gnita, omniō nota non erit. Si autem pauculis cognita, vixiuabit Ec-*  
*clesiam. Erit autem pauculis saltē cognita, quia iampidem folis scho-*  
*lis eæ lingua, eaq; numerandi ratio cognita est. Denique, quandoquidem*  
*mutata sunt lingua, adeo ut neq; Hebraica, neq; Latina vñquam verba-*  
*cula sit, quis credat, tum quū Antichristus venturus est, eum assumpturn-*  
*nomen aut Hebraicum, aut Gr̄ecum? Quod si aliud, ergo ex linguis ver-*  
*naculis. At eæ nulle numerant per literas: nisi forte in Oriente itaq; so-*  
*lis Orientalibus hanc notam perspicuum fore dicendum esset, quod est ab-*  
*surdum.*

**VII.** Sed quid tamen in hac supputatione verisimilitudinis inest, prætulerim ego quidem ~~læteri~~, & omnib. alijs: de quo etiam Irenæus suā sententiam protulit, *Valde verisimile est*, inquit. Nec causæ obscuræ, non tantum, quia (*vitidem*) *verissimum regnum hoc habet vocabulum*. Sed multo magis, quia Roma fides offenditur Antichristi. Itaq; sine dubio debuit occpare Ecclesiam Latinam. Et responderemus. *Quis enim nescit iampridem Christianos diuisos in duas classes, Græcorum, & Latinorum?* *Quis nescit Romanum, nunquam in Græciis numeratam?* *Quis nescit dñi;* in omnibus Ecclesijs, qua Romano Pontifici sublnt, nihil agi, quod ad religionem attinget, nisi Latine? Itaque, si hæc literarum adnumeratione admittenda est huic ego nomini primas deferendas eensem:

DECEMBER

IX. At hæc nihil obstant ratiuncula. Nam ad primam & secundam, facile respondemus, non tam mouere debere quemquam auctoritate conieaturave Irenæi, quam re ipsa. Rursus ad secundam, fuisse illam quidem olim coniecturam, at nunc certum argumentum: nam eti Latini non regnent amplius, tamen olim regnarunt, & regnarunt, quo tempore Iohanni hæc reuelabantur. Itaque, quomodo dixit Antichristum sessurum in urbe qua & sita erat super septem montibus, & longe lateque imperabat, Romanum significans, qua tamen hodie non regnat, neque est super septem montibus: ita potest regnum Latinum designari ex veteri amplitudine. Deinde, quid si nullo apud nos loco sit Irenæi coniectura? Neque enim necesse est nomen Antichristi sumi ab aliquo regno, quod ille inuadat: nec id Ioannes significavit. Ad tertiam: nimis ignorauit Bellarminus quartam vocalem, quæ erat longa, & à Latina pronunciatam sōno gemino, & à Græcis repræsentatam per ει, diphthongum. Νειλος, Διδος, & multa alia. Agit hæc de re Lipsius in libro de pronunciatione lingue Latinæ. Quarta autem futuus est, quandoquidem proprium vnius inuidiu nomen, iam exhibilatum sit: & confiteremur commune, Latini, Romanum sibi vindicasse: regnat enim in Ecclesia Latina duntaxat: nihil obtinens autoritatis in Græcam, aut Syriacam.

X. De charactere facilior quæstio. Ex textu, inquit, habemus characterem vnum futurum, non multis. Ratio, quia Scriptural loquitur in numero singulare. Secundo, character illé omnibus communis erit in Antichristi regno. Tertio, character erit eiusmodi, ut sine discriminione in manu dextera, vel in fronte geri possit. Quarto, nemo permittetur emere, & vendere, nisi characterem habeat, aut nomen, aut nominis numerum. At Papa nullum eiusmodi characterem habet. Ergo, non est Antichristus.

XI. Respondeo, in primo sumi falsum: nihil enim esse in verbis Iohannis quod cogat intellectu ligere unicum signum. Necratio concludit, loquitur in singulari: ergo vnum intelligit. Imo ne hæc quidem, loquitur de charactere in singulari, & quæ ac de nomine: Ergo ut vnum erit nomen proprium sic vnum character. Nam nec consequentia est necessaria. Etenim ipsi Papistæ, eti videant vnam bestiam, & vnam mulierem insidentem, tamen non concludunt per vnam bestiam, vnum hominem inuidiu significari, ut per vnam mulierem. Et falsum sumitur de nomine proprio, ut diximus: Et sane eti varios characteres Antichristi dicamus, nihil est in tota Iohannis prophetia, quod contradicat. Haberi autem characteres varios, pro variis hominum ordinibus, qui haber absurdi? Nam & nostris Regibus is vnum est. Habent vnum characterem Confiliarij Parlamenti: vnum item prefecti æxario: vnum rursus Equites, quos ordines appellant: vnum item vulgus militum. Et hæc tamen singula, sunt characteres regij. Et huc facit, quod ita scriptum, δωρεαν αντικριστου, non autem την καραγγην. Itaque intelligitur dandus aliquis character indefinitè, non autem definitè vnum. Nam quod postea, ει μη οπερη την καραγγην, cum articulo, nihil vrget: id enim fit, quia ante id charagma erat nominatum: itaque explicandum, nisi qui habeat illud charagma. ut Matth. 22. επιβατες, dicitur, qui ante πασαντευον indefinite: ut alias obseruauimus.

XII. In secundo, antequam quicquam concludatur, probandum erit frontem & manum ad literam dici, & non allegoricè. At Haimo, Quid autem per dexteram manum reproborum intelligitur, nisi operatio illorum? Et quid per frontem, nisi fides exprimitur? Habent ergo characterem in dextra manu & in frontibus suis, quia ubi debuerunt habere pura opera virtutum & fidei, ibi inueniuntur macula criminis deturpati. In manu habent Iudei eius characterem, quia opera Diabolifaciunt: in fronte, quia in eum credunt. Primus in manu significat opera: in dextra simulationem veri, in fronte fidei professionem. Nec alieni sunt Andreas Cæsatensis, & Aretas, & Ansbetus.

XIII. Nam vero nullum esse Papistis eiusmodi characterem, falso sumiatur: habet enim omnes propriam notam, ipsam papisticam perfidiam, tum in fronte per professionem publicam tum in dextra per operationem. Nam & publicè profiterentur verbis se esse papistas, & re ipsa exercerent omnes partes eius perfidias. Ethæc nota omnibus communis est, tum magnis, tum diutibus, tum pauperibus, tum liberis, tum seruis.

XIV. Nam, quod excipit ista signa esse ab initio in Ecclesia Christiana, falsum est. Romana Ecclesia adhærente, inquit, signum fuit, & character hominis vere Catholicæ. Respondeo, verum esse καταληκτη, ut alias expressum: nimis, sicut & alijs per orbem Christianum Catholicis Ecclesijs adhærente, signum erat catholicæ. Itaque Augustinus Epistola 162. Romæ additæ teras terras Quis se videret, & Romana Ecclesia, in qua semper Apostolica cathedra viguit principatus, & ceteris terris, vnde Euangelium ad ipsam Africam venit, per communicatorias Literas esse coniunctum. Et hunc locum Bellarminus citabat. Athodie longe alter: itaque Catholicæ se quæ nominant, statim cognominant Romanos, quod olim nunquam factum. Nam, quod citat ex Vtore Vicensi, Sipemeris cum gladio, incipient Romaneum martyrem predicare: dictum est Adriani, non autem illius Catholicæ. Et Ariani quidem cum Romano Imperio bellum gerentis, quod tum erat Catholicum: proindeque Catholicos appellantis Romanos, non ob religionem, sed ob partes, ideoque ratione politica.

XV. At emunt, & vendunt in ditione Romani Pontificis, multi Iudei qui nullum characterem habent Papæ. Imo, inquam, ad literam implementum est illud de prohibitione empionum, venditionumque. Nam neque Iudei permittitur patrimonium ullum acquirere: sed tantum mobilia quædam. Quanquam Antichristi nulla persequitio prædicta est in Iudeis: sed duntaxat in Christianos. Deinde in Catholicos longe omnem severitatem excedit crudelitas. Quis enim nec sit in ijs regionibus, in quib. Inquisitio regnat, id est, neruus Papæ, nullum omnino aditum patere Catholicis? In reliquis autem, si quid super sit libertatis, id inuito esse Papa, et iisque affectus? Et quis non audiuisti proscripta eorum, non bona tantum, sed etiam corpora? Scilicet hæc libertas apellari potest emendi, vendendique.

## C A P. IX.

## De generatione Antichristi.

I. De gente & generatione Antichristi multa multi. Eas sententias Bellarminus distinguunt in tres ordinis: primum assignans erroris: secundum verisimilibus: tertium certis. Erroneas quatuor enumerat. Prima est, Antichristum nasciturum ex virgine, instar Christi. Ita docere auctorem opusculi de Antichristo; inter Augustini opera. Id absurdum credo emolumentum ab Hippolyto, qui dixit fallo nasciturum ex virgine: sic enim lego in editione Bibliothecæ Sanctorum Patrum: quanquam Bellarminus videtur legisse, falsa ex virgine Altera: Antichristum docet esse ipsum Diabolum. Ita sensisse Hippolytum illum eundem: cuius exstat insulissima oratio de consummatione mundi. Tertia, eum Diabolum futurum incarnatum, quam sententiam à precedente cur discreuerit, non assecurat: neque adhuc quenquam videram, qui discerneret. Ille Hippolytus fabulatur, incarnandum, & θεον, opinione tantu. Quartam Neronem ipsum asseruisse esse Antichristum, & adhuc vivere, seruarique occulte eodem ætatis vigore, quo erat, quem putatus est occidi. Sed hos errores, quia ipse damnat Bellarminus, nobis indicasse satis sit.

II. Ad verisimilitudines transeamus. Duas Bellarminus numerat. Primum, Antichristum nasciturum ex muliere fornicaria: non autem ex legitimo matrimonio. Damascen. lib. 4 c. 28. Et nonnulli ita exceperunt, ut aderent nasciturum ex coitu Monachi, & Monachæ. Sed hanc recte Bellarminus negat ex Scripturis ostendit: id eo que incertam. Addo etiam refutari ex eo, quod certum sit Antichristum non futurum vnum hominem inuidiu, ut alias docuimus.

III. Alteta habet, Antichristum nasciturum ex tribu Dan. Et ita multi olim veteres sibi persuaserunt. Laudatissimi quidem Irenæus, Ambrosius, Augustinus, Prosper, Theodoreetus. Inferiores, Gregorius, Beda, Rupertus Aretas, Richardus, An'elmus, alij. Sanderus hinc construit demonstrationem suam octauam. Scioppus etiam pro indubitate ponit. Bellarminus valde probabile dicit: & tantum, propter tantorum Patrum autoritatem, ostendit tamen locos Scripturæ, qui in eum tensum citantur, manifestè torqueri.

IV. Deniq; igitur vertit se ad duo quædam axioma certissima: vnum Antichristum præcipue propter Iudeos venturum, & ab eis tanquam Messiam recipiendum. Alterum, ex Gente Iudeorum nasciturum, & circumcidendum, & Sabbathum obseruaturum, saltē ad tempus. Ex his certo coludit Papam non esse Antichristum: eamque appellat demonstrationem evidenterissimam: quia nullus Pontifex Romanus fuerit Iudeus, siue gente, siue religione, aliove vlo modo. Item, quia nunquam fuerit à Iudeis pro Messia acceptus: sed contra pro hoste, & persecutore. Atq; hic ridiculum quid ei excidit, incogitante, an potius imperitia, alij viderint. Quid autem est? Nempe à Iudeis Episcopum vocari Ιωαννην per contumeliam. Quia nam autem? Nimis, quia Ιωαννην Syriacē caudam significet. Optime: ne ille aliquando decebit nos cucurbitam Arabicē dici Cardinalem, aut pponem Britannicē, Iesuitam. Tantum omnium linguatum peritiam conlectus est. Sed ad rem: nam id peccatum Grammaticis vindicandum relinquo. Videat studiosus Eliæ Tisbi: & Davidis de Pomis Dictionarium: imo & Boderiani Syro-chaldaicū: & fabulam de cauda rideat.

V. Hanc ego disputationem distinguo in tria capita: primum, vtrum Antichristus præcipue propter Iudeos venturus sit: alterum, vtrum ex Iudeis nasciturus, & specialiter ex tribu Dan, ut contendunt Sanderus, & Scioppus: tertium, vtrum obseruaturus ritus Iudaicos. Primum Bellarminus affirmit, & quidem his argumentis. Primo Ioh. 5. Ego veni in nomine Patris mei, & non receperitis me: si alius venerit in nomine suo, illum recipiet. Et hunc locum pertinere ad Antichristum alias se docuisse obseruat. Secundo Post. ad Thessal. 2. Et quod caritatem veritatis non receperunt, ut salvi siant, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio. De Iudeis agi probat, quia dicat Paulus, Antichristum mittendum ad eos, qui Christum recipere noluerunt. Qui sunt a. qui magis debuerunt, & noluerunt, quam Iudei? Notandum etiam Apostolum dixisse, non quia non recipient: sed quia non receperunt: itaque loqui de illis, qui, prædicante Christo & Apostolis, credere noluerunt: constat autem Gentiles cupidissime recipiēt Euangelium: Iudeos vero noluisse. Terrio, quia Antichristus sine dubio se illis adiunget imprimis, qui parati sunt eum recipere. At Iudei sunt euaudi: quia exspectant Messiam regem temporalem, qualis erit Antichristus. Quare, sicut Christus primum ad Iudeos venit, quibus erat promissus, & à quib. exspectabatur, deinde adiunxit sibi Gentes: ita quoq; Antichristus.

VI. Sed contra Scriptura nulquam Antichristum nobis proponit, nisi aduersantem Ecclesiam, & sedentem in templo Dei: item in urbe Roma, & in populis & Gentibus. Itaq; qui de Iudeis tam audacter loquuntur, nihil aliud quam nugantur. Quanquam venia danda est veteribus illis, qui procul a repositi, de futuris diuinabant, ut poterant. Sed eorum autoritati, cut nos vult in hoc articulo obnoxios esse: quum ipse in altero, de tribu Dan, nolit eidem subiici: Enim uero hæc illi ratio constabat sua libertatis, quia earum scripturarum, quas illi ipam rem citabant, nulla conuincat. Quid habet causæ, cut hæc eadem ratio, aut sibi prosit, nobis sit inutilis, aut in eo articulo valeat, hic vero sit otiosa? Ille viderit: at Catholicæ, cū bona tactu virorum venia, humani ingenij coniectatiunculas declinantes, nihil pro certo admittent, quod nulla Scriptura docebit.

VII. Nam locum illum ex Ioh. V. vi iam ante Bellarminus protulit, ita nos iam ante ostendimus non esse peculiariter de Antichristo. Quod attinet ad alterum: is vero nimis quam violenter detorquetur. Contextus: Cuius aduentus est ex efficacia Satane, cum omni potentia, & signis, ac prodigiis mendacibus, & cum omni fraude iniusticie in iis qui perirent, pro eo quod amor veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Propterea igitur misere illis Deus efficaciam deceptionis, ut credant mendacio: ut damnentur omnes qui non crediderunt veritati, sed acquirenerunt in iniurista. Qui sunt igitur illi, qui amore veritatis non receperunt? Nimis, qui perirent. Sic enim connectuntur orationis membra: in iis qui perirent, pro eo quod non receperunt. An soli Iudei perirent?

## LIBER DECIMVS SEXTVS, CAP. IX.

373

pereunt? Rursum qui illi, qui pereunt? Responderet quidem Thomas, praescitos ad perditionem: quos: solo Iudeos, quis interpretetur? Sed Paulus, eos in quos sepe exercit illa fraus iniustitiae. Quum ergo haec ita sint connexa, ut qui non reperiunt amorem veritatis, intelliguntur Iudei specialiter? Nam quid tu si lego non receperunt? Aut quid obstat quominus *cor iudeorum* interpreter non receperint: id est tum non receperint, quoniam oblatum eis fuerit: Vt 6, ad Ephesios, διων οντον αγαθον, τοις κομιτησ: *Vnusq; if que, quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet.* Imo statim, ut damnentur *mores* oī à mō *Scouriis*, *Omnis qui non crediderunt: hoc est, qui non credid*erunt.

VIII. At Iudei paratissimi sunt Antichristum recipere. Imo si quis hoc neget, unde probabitur? Quia exspectant Messiam Regem temporalem. Intelligo. Sed primum absurdum consequentia est: & a quo in Mahometum proclivis: enim fuit rex temporalis. Et tamen non receperunt Mahometum Iudei. Nimirum: quia eti Messiam sibi pollicentur regē temporalem: tamen non habent omnes reges temporales pro Messia. Cur Antichristum potius? Secundo ipsi Papistæ docent, Iudeos Antichristum constitutos regem. Non igitur Antichristum recipient, quia rex erit: sed contra potius rex erit Antichristus, quia cum Iudei recipient.

IX. Comparatio Christi & Antichristi, ridicula est. Venit Christus primum ad Iudeos, quibus erat promissus: indeque ad gentes. Ergo & Antichristus. Quæ ratio consequentia? Nam si de hoc dicimus omnia similiter, vt de Christo: Ergo si Iudei Christum non receperunt venientem: ne Antichristum quidem. Et haec si absurdum est consequentia: quanto illa melior? Contra potius. Christus venit ad Iudeos, quia erat iis promissus: At Antichristus non est iis promissus: non ergo ad eos venier primū. Deinde Antichristus Christo est oppositus: Ergo contraria viā ingredientur. Itaque à Gentib; potius ad Iudeos. Denique Antichristus potius Ecclesiæ promissus est (licet hoc vocabulo abuti cū bona lectorum venia:) At Ecclesia constat tantum ex Gentibus: quia Iudei noluerunt in eam congregari. Ergo Gentibus est promissus: Itaque veniet primum ad Gentes.

X. Sequitur secundum caput, vtrum futurus sit Antichristus Iudeus, & quidem ex tribu Dan. Futurum Bellarminus probat. Quia Iudei nunquam recipierunt hominem non Iudeum: deinde id ipsum docent omnes Veteres. Sed ratio illa futilis. Quid tum enim si non recipient? Non enim prædictū à spiritu Sancto, vt docuimus: sed diuinatum humanis coniecturis. Deinde quid si recipient? Ergo ne futurus Iudeus? Consequentia nulla. Atqui non recipient non Iudeum Iudei. Quia autoritate Scripturæ id firmatum? Si enim diuinant Iesuitæ, quis tenetur credere? Aut cur non aduertunt Herodem ab iisdem regem acceptatum? Cur non meminerunt clamantium, nullum le regem habere præter Cæsarem? Enimvero aduentus huius scelerati prædictor futurus cum omni fraude iniustitia. Non ergo consilio certo, rebusque omnibus exacte cognitis, riteque perpenitus, eum recipient, qui recepti sunt: sed decepti. Quis autem non videt, & eadem fraude, posse Iudeis persuadere, se esse Iudeum, etiam si non sit? Et posse iterum persuadere, vt se recipient etiam non Iudeum? Quod ad Veteres attinet: sinamus in pace sua quiescere: & meminerimus infirmitatis humanæ, quæ non potest omnia scire: maxime autem futura ignorat, & in iis diuinandis, coniectura fallitur.

XI. Sed nasciturum ex tribu Dan, probat Scioppius: ex 49. Geneeos, *Fiat Dan coluber in via: cerasites in semita mordens ungulas equi, & cadat a sensu eius retro. Salutare tuum expeditabo, Domine.* Nam eum locum existimandum est ex Apostolica traditione Veteres interpretatos esse de Antichristo. Et postrema verba ingentis alieuius mali suspicione prebent, quum se Patriarcha erigit, & comparat ad aduentum Christi præstolidum. Secundus ex Numer. 2. *Ad Aquilonis partem castrametati sunt si ī Dan: vbi ille designatur, qui apud Elaiam c. 14. Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: Et Daniel ca. 11. regem Aquilonis vocat Antichristum.* Tertio. Apocalypsis 7. quum numerantur Iudeorum, Eliæ prædicationibus conuertendorum, ex singulis tribubus duodena millia, tribus Dan omittitur. Quarto, Ieremias, 8. *A Dan auditus est fremitus equorum eius à voce hinniū pugnatorum eius commotus est omnis terra: & venerunt, & deuorauerunt terrā, & plenitudinem eius: urbem & habitatores eius.* Quæ allegorice de Antichristo intelligi possunt, cuius typus fuit Nabuchodonosor.

XII. Respondeo, omnes istos locos nimium audacter torqueri. Primo, Geneeos 49. Jacob prædit, quid futura sit ipsa tribus Dan non autē quid futurum sit vnicuius ex ea tribu oriundo: nam similiter reliquas tribus nominavit. Itaque Arias in Caleb interpretatur de inuasione eius trib. quæ alias locos occupauit, præter eos qui sibi erant in terra distributione assignati. *Hu usmodi inuasionem, inquit, à filiis Dan efficiendam antiquam omnium tribuum patet in prædictionibus significauerat: Fiat Dan coluber in via.* Mercurius etiam, astutiam in bello notari, & hostibus superandis. Vatablus in maioribus annotationibus. *Sensus est non fore tam animosum, & strenue & ingenuo in aperto certamen discensum: sed astutum & insidiis pugnatum.* At paraphrases Chaldaea, eumque sequuti Rabini, interpretantur de Samsone: & Bellarminus probauit. Probauit etiam Perierius, Prouidens, inquit, *Jacob tribum Dan, quæ situ aliqui ob cura & ignobilis futura erat, maiorem in modum à Samone, qui ex ea tribu fuit illustratus ac nobilitatum iri, p opterea & tunc in hoc de tribu Dan, totum retulit ad Samsonem.* Quid autem haec omnia ad Antichristum? Nam illud de exspectatione salutis, dilatum est. Primo non est necesse præuideri aliquod certum periculum. Sufficit enim cogitatio, siue vniuersalis humana fortis: siue specialis bellorum, quibus ea tribus præuidebatur exposita: vt suo motu doceret eam patriarcha confidere in Dominino. Denique, si ei Samsonem concedimus fuisse in animo, lenitus est expeditus: quia vere dici potuit salutare Dominum, vel potius *S. Iudeus Domini*, liberatio illa per Samsonem. Denique, eti præuideri concedamus aliquod periculum: tamen non necesse est id ad Antichristum pertinere.

XIII. Numerorum autem 2. c. filij Dan castrametati sunt ad Aquilonem: Ergo ex tribu Dan nascetur Antichristus. Mira ratio. Sed similes Iesuitæ infinitas habent. Atqui non solus Dan, sed cum eo Aler, & Nephthali. Describitur enim situs castrorum Israeliticorum, iuxta quatuor orbis plagas. Ad Orientem, Iudas, Issachar, Zabulon. Ad Meridem, Ruben, Simeon, Gad. Ad Occidentem, Ephraim, Manasse, Benjamin. Ad Septentrionem, vt dixi,

Tom. II.

Dan, Aler, Nephthali. En tibi nouam rationum chymicæ, quæ calcinando ex quolibet quilibet concludit. Nimirum id satis erat, vt Dan conferretur cum rege Aquilonis. Scilicet, ita triumphabit Romani Pontificis cauæ. Quanquam neque Esaias de Antichristo loquitur, neque Daniel; vt diximus.

XIV. De 7. Apocalypses, vix dissimile iudicium. Non numeratur tribus Dan inter reliquas. Ergo ex ea nascetur Antichristus. Bellarminus negat constare cur omittatur: & docet simili, quia omittitur etiam Ephraim. Et omitti quidem Ephraim verum, si nomen attenditur: sed eius loco positum esse Joseph, quis non aduertit? Nam alioqui Joseph nulla tribus erat. Est tamen verum non esse certam causam omissionis: ideoque nullam inde confici posse demonstrationem. Nabucodonosorem apud Ieremiam fuisse typum Antichristi, omnianuit Scioppius. Allegorias, qui in Demonstrationes transformant, digni sunt Iesuitæ.

XV. Supereft quæstionis caput quartum. An sit Antichristus usurpator Iudaicos ritus Probat Sanderus demonstrat. 9. Quia Iudei neminem pro Messia suscepserunt, qui non obseruet eorum legem. Tum quia Patres sic doceant.

XVI. At contra. Si id conceditur, ergo Antichristus non federetur in Ecclesia Christiana: sed federetur in Ecclesia Iudaica. Nec sepe Christianum fingunt, quod tamen Veteres docent, & habent non tantum ab iis Pauli verbis: sed etiam à Ioanne, qui testatur eum habere cornua duo similia cornibus a qua quibusdam sunt duo testamenta. Deinde, constat Antichristum recipiendum a Christianis: & quidem non vi, sed fraude. Quid autem est cur dicamus potius, Iudeos non admisuros eum qui sepe Christianum profitebuntur, quam Christianos, euri, qui Iudaicam religionem amplexabuntur? Denique Iudeos hunc pro Messia accepturos, Scriptura nusquam docuit. De Patribus alias respondimus. Addimus hoc ipso loco eorum auctoritatē infringi à Bellatmino, qui cum non simpliciter dicit obseruatorum Sabbathum: sed faltem ad tempus, quod Veterum nullus dixit.

## C A P. X.

### De sede Antichristi.

I. Sedem Antichristi uno omnes ore desinunt fore Hierusalem, templū que Salomonis, indeque perunt insigne argumentum, quod Papa non sit Antichristus. Quandoquidem non tantum Papæ sedes non sit Hierusalem: sed etiam verisimile sit inde ab anno Christi excentesimo nullum Romanum Pontificem inuisisse eam virbum.

II. Sed enim sedem eam futuram probat Bellarminus primo ex 11. Apocalypsis: vbi Ioannes dicit Heno & Heliam pugnatros cum Antichristo in Hierusalem, & ibi occidentos ab eodem: *Et corpora, inquit, eorum incubunt in platea ciuitatis magna, que vocatur spiritualiter Sodoma, & Egyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est.* Eam virbum Aretas interpretatur Hierusalem: & similiter omnes alii interpretantes. Et probatur, quia nulla alia ciuitas est, vbi Dominus crucifixus sit. Secundo ex posterior. ad Thessalon 2. *Ita ut in templo Dei sedeat: quorum verborum expositor communior, probabilior, & literatior est eorum qui docent per tempulum Dei intelligi tempulum Solomonis, vt cumque reparatum.* Ratio, quia in Scripturis novi Testamenti per tempulum Dei nunquam intelligentur Ecclesiæ Christianorū, sed perpetuo tempulum Hierolo ymitantur: neque adeo apud Veteres aliquot seculis. Adduntur Patrii testimonia. Tū Scioppius ex 11. Daniel. *Et sicut tabernaculum suum Apadno inter Maria super montem iacetum & sanctum, & veniet usque ad summum aitem eius, & nemo auxiliabitur ei.* Nempe monte illum sanctum in terpretatur montem Oliueti, ex quo Christus in celos ascendit: & in quo tandem peribit Antichristus, & ad inferos descendet, & nemo auxiliabitur ei. Sanderus pugnat etiam ratione. Quod in Templo Hierosolymitanum sapientur in figuram Antichristi, posita est abominatione quædam: vt Cæsar's imago, item altera posita ab eo qui virbum expugnat: item Hadrianus. Denique ipsa Mahometus fecit. Itaque non sine gravi causa in eodem expectari Antichristum.

III. At nos negamus Hierusalem, aut eius temp'um futurum sedem Antichristi. Primum, quia Scriptura non prædictit duas eius sedes vnicam, & hanc diserte, virbum positam super septem montibus, quod de Hierusalem nemo dixit vñquam, & virbum regnante super Gentes; quod de Hierusalem nunquam conuenit. Secundo, quia templum Hierosolymitanum, sic est excusum, vt nullo loco prædictum inueniatur, utrūconstratur. Imo Danielis 9, destruictio illa virbis, *sicut eius appellatur: & תְּמִימָה שְׁתַּיְלָה acumen.* sicut præfatio defoliationis, sive rationes. Et 2. Matthæi hanc desolationem describens, negat relictum iri lapidem super lapide: connectitque cum prædictione consummationis seculi. Quid ergo? Nempe aut nouas singant prophetias restituendæ virbis, restituendi templi istis contrarias, aut cesserent eam asserere Antichristi sedem.

IV. Argumentum ex Apocalypsis 11. corrut ex præcedentibus. Quis enim nitatur somnio illo de aduentu Enochi & Heliae: ut certe hoc somnio refutato, reliqua quo inde sequuntur, euangelizare necesse est. Ac sane falsum, omnes interpretes ei sensu fauere. Autor Homiliarum in Apocalypsin, quæ Augustino tribuuntur, Homilia 8. *In platea ciuitatu magna, id est, in mediis Ecclesiæ. Ambrosius. Si per ciuitatem magnam, Hierusalem terrestrem voluerimus intelligere, proper hoc quod dixit, vbi & Dominus eorum crucifixus est, à veritate aberramus: eo quod illa Hierusalem usque ad solum destruta sit: & ista que pro ea adscripta est, non in eo loco, sed in alio sita est dicitur. Neque Sodoma & Egyptus dicenda est, eo quod à Christianis cancelatur. Rupertus: Porro ciuitas magna in eius platea iaceverunt, vel iacebunt iustum istum corpora, ciuitas est sancta ciuitatis contraria, ciuitas Diaboli, contraria ciuitatis vel Ecclesiæ Dei, cuius primus ius & opus fuit fratricida Cain, & exinde omnes filii superbie.*

V. De Christo crucifixo, non difficilis scrupulus est. Non enim semper *τοῦ ποντίου: sed aliquando tropice.* Sic 1. ad Galatas, dicitur *εἰς τὸν ποντόποντον*, in terrores crucifixus. Sic Petrus dixisse ferunt: *Vadore rursum crucifigisti: & qui-*

iij

dem

dem de urbe Roma. Hic autem patet non ad literam. Quia neque duo testes, ut alias obseruauimus: neque tres dies & dimidium. Imo neque ipsæ eius urbis plateæ. Nam quomodo intelligas, Et videbunt homines ex tribus & populus, & linguis, & gentibus, ad auras eorum? Ergo quum eiusdem loci reliqua omnia intelligentur metaphorice, apparet etiam hoc membrum similiter. Metaphorice autem Christus ubique crucifixus est, ubi respuit eius Euangelium, & multo magis ubiunque eius fideles persequitionem patiuntur.

VI. In secunda ad Thessalonicenses negatur per templum Dei, intelligendum Solomonis templum. Nam hoc, ut diximus, nunquam instaurandum est. Quod addit in Nouo Testamento nunquam intelligi hoc nomine Ecclesiæ Christianorum: Primo nullam vim habet. Quid enim si hunc unicum locum excipiamus? Tum quis nescit, multas esse Apocalypsi phrases peculiares, multas etiam mutuo sumptas à Veteri Testamento? Nam neque alibi in Nouo Testamento, aut reges significantur per cornua, sive per capita bestiæ illius: neque Antichristus per mulierem fornicatricem: neque populi, per aquas: & multa alia. Quid igitur mirum, si ex Veteri Testamento iungit templum Dei similiter. Secundo luditur homonymia. Nam Ecclesiæ Christianorum quid appellat? Nempe ex vulgata iam pridem ἀντολογίᾳ ipsa ædificia, in quibus Christiani sua sacra procurant. At nos potius: imo Patres potius, Ecclesiæ Christianas dicebant: imo absolute Ecclesiæ: qua de re actum, c. 4. libri præcedentis. De Patribus non est necesse dicere. Ij & diuinarunt de rebus futuris, & non idem omnes senserunt: itaque non habent momentum.

VII. Daniel 11. c. prophetiam suam terminat morte Antiochi Epiphanis. Notandum autem Apadno, quid sit non esse certum: aliis censemibus esse nomen proprium loci, qui tamen ubi sit nemo significat, alij appellatiuum, & tentorium, sive tabernaculum significare, alij etiam cingulum. Scioppius locum censem iuxta Nicopolim sive Emmaus: qua ratione viderit ipse. Nam Hieronymus, à quo sumpsit, non tanquam suam protulit sententiam: sed a liorum. At Perierius maulit tabernaculum: quanquam in originatione disce dit à Grammatica analogia: dum fecat in Ιων & Ιη quasi duas voces: illam significantem solium, thronum, palatium, quod est falsum: hanc vero, quæ sit, scit, quod mirum si quis Hebreæ non imperitus legens possit risum contineare. Nec ita Hieronymus, et si interpretatus ἀπόδειται. Enim uero is quidem sensus esse potest: sed alia originationis ratio, nempe ex Ιων & Ιη. Præterea discessit ab Hebreis vetus interpres reddens tabernaculum suum: debuit enim tabernacula Apadno, si id nomen est proprium: vel tabernacula tenetris suis est appellatiuum. Rursus super montem inclitum & sanctum: Hebreæ est Ad, sive Versus montem decorum, anctutum. Notatur enim Antiochi profectio ad urbem Hierosolymam, quo tamen non peruerterit. Tertio: & veniet usq; ad summitatem eius: multo melius: & veniet ad suum finem. Nam si reddis eius, referasque ad montem: omnino postea: & remo auxiliabitur ei, referendum erit ad eundem montem: quum tamen Scioppius referat ad suum Antichristum. Sensus erit loci, Antiochum, auditio auctio de Bacchide occiso, cuiusque exercitu concilio, expeditionem suscepturnus aduersus Hierusalem: verum in itinere moriturum. Vide Iunium in hunc locum. At Scioppius, ut suo seruat Antichristo, cogit propter ordinem inuertere, atque omnia peruertere. Nimur nouis illum spiritus affluit propter: qui spiritum Danielis redigat in ordinem. An potius spiritus Cameræ meditationum, temeratum effectit.

VIII. Ratio Sanderi similis est. Abominatione saepius posita est in templo Hierosolymitano. Ergo Antichristus in eo sedebit. Optime, solens enim suo more facit: ut ex quolibet, concludat quidlibet. Sic potuit, quia Nabuchodonosor rex computatus fuit inter bestias, concludere Papam esse principem omnium Episcoporum. At qui nihil mirum abominationem in eo templo constitutam, quod exstebat. Sed mirum, præuideri posse à Papistis Antichristum in ea sessetur urbe, coque templo, quæ & diruta sunt, ut non sit lapis super lapidem, nec vñquam restauranda prædicta. Denique non est nostrum, non est Sanderi sibi pro arbitrio figurans Antichristi fingere. Nunquam Scriptura docuit abominationem in templo constitutam, esse cuiusquam rei fugram.

## C A P. XI.

## De Doctrina Ant'christi.

I. Doctrinam Antichristi in quatuor capita distribuit. Primum, Iesum non esse Christum. Secundum, & esse verum Christum. Tertium, se Deum esse colendumque ut Deum. Quartum, se solum esse Deum. At Patr. & doctrinam negat hæc capita continere. Itaque Papam non esse Antichristum Bellarminus concludit.

II. Respondeo, doctrinam vulgo significare id, quod diserte & ex professo docetur, totidemque ut ira dicam, verbis: sic doctrinam Christianorum, sic doctrinam hæreticorum: sic etiam doctrinam Ethnorum. Hoc tenui, nego in Scriptura quicquam agi de doctrina Antichristi: nisi ca. 13. Apocal. Habebat cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco. Vnde constat quidem eius doctrinam futuram blasphemam: sed eius doctrinæ capita singula quæ futura sint, non potest inde sciri. Quod si doctrinam Papistarum intelligent, pro ea persuasione, ad quam Antichristus referet sua omnia, id est, non id, quod verbis docebit, sed id, quo re vera referri debent omnia eius mysteria, tum vero fateor ex iis quatuor capitibus tria futura doctrinæ Antichristi, quanquam paulo alter explicata, quam à Bellarmino: & eadem quatuor esse capita doctrinæ papisticae. Itaque Papam esse Antichristum. Agam de singulis.

III. Primum caput est, Antichristum negaturum Iesum esse Christum. Probat Bellarminus. Primo, quia si natione & religione futurus est Iudæus, atque à Iudæis pro Messia admittendus, ergo non prædicabit Christum. Deinde ex 2. prior. Epist. Ioan. Quis est mendax, nisi qui negat Iesum esse Christum? Et hic est Antichristus. At omnes Antichristi negant aliquo modo Iesum esse Christum: ergo verus Antichristus simpliciter, & omnibus modis negabit. Rursus, per hæreticos Diabolus operari dicitur mysterium iniquitatis, quia illi occulte negant Christum: & Antichristi aduentus dicitur re-

uelatio: ergo ille palam Christum negabit. Tertio, ab autoritateibus. Veteri. Quarto, quia tempore Antichristi ob vehementiam persecutionis celabunt publica officia, & sacrificia diuina: ergo manifestum, eum non depravaturum doctrinam Christi, sed aperte simile oppugnatetur.

IV. Respondeo, negari Iesum esse Christum dupliciter: alias disertis verbis, quomodo apud Iudæos: alias vero per consequiam, nimur quomodo Paulus dixit quodam verbis confiteri Deum o peribus autem negare. Prior modo, nego Antichristum negaturum Iesum esse Christum. Nam de natione, & religione Antichristi, iam ante Bellarminum refutauimus prolixè negauimus etiam admittendum à Iudæis pro Messia. Itaque non sequitur eum non prædicaturum Christum. De loco Ioannis etiam facile negandum. Antichristus negat Iesum esse Christum. Id & nos concedimus: sed quomodo? verbisne an factis? Id vero Ioannes non definit: cur Bellarminus? Imo plus concludit quam probet: probat negaturum, concludit negaturum disertis verbis. At hoc Ioannes non dixit. At omnes Antichristi negant aliquo modo. Verbis: hoc vero falsum: plurimi enim tam clare professi sunt Iesum esse Christum, quam illus Catholicorum, si sola verba attendas. Ariani, Nestoriani, Eutychiani, alij. Vix excipias simonem, & paucos præterea. Sed esto, tamen aliquo modo negantur, nimur sive verbis, sive factis. Ergo magnus ille Antichristus negabit omnibus modis, videlicet & verbis & factis. Hæc vero conclusio, unde est, aut à qua Dialectica non enim ab Aristotelica.

V. Per hæreticos non dixit Paulus Diabolum operari mysterium iniquitatis: sed ipsum mysterium Antichristi, quod est mysterium iniquitatis, iam tum, & ab initio, opere ipso exerciti: id est, iam tum occulte agi ipsissimum Antichristi negotium. Neque Antichristi aduentum appellavit revelationem: sed eis Antichristi, qui iam prius venisset, revelationem nominat: significans primum ita promouendū esse Antichristi negotium, ut animaduerti nequeat, hoc ipsum agere, donec peregerit, & suum quasi corpus formarit, proque Ecclesia Christi vera, suam Ecclesiæ constituerit. Itaque hæc non pertinent ad prædicationem Antichristi.

VI. Patres, ut prius, bona cum via missos facimus. Quanquam quod de Baptismo Augustinus dixit, velle quidem Antichristum id prohibere: fore tamen nescio quos fortis pro parvulis suis baptizandis: etiamsi quicquam haberet momenti, tamen non admodum noceret. Significat enim, etiam si velit Christianas ceremonias abolere, tamen futurum, ut non possit. Itaq; falsum erit, eis tempore cessatura omnia publica officia. Verisimile est ergo quū videbit se non posse ab hominibus extorquere omnimodam, aperata mique Christianæ religionis abnegationem, fore, ut suis rationibus arti prouideat. Et fortasse inde factum, ut quum Eucharistiam penitus extinxerit, tamen Baptismum retinuerit, multis tamen prophaniis additionibus violatum. Porro cessationem publicorum officiorum, alias diximus nullam prædicari à Scriptura, si externis ceremoniis hæreas.

VII. Ergo non potest probari Antichristum palam, & de professo negaturum Iesum esse Christum. At nos vñtro concedimus eundem revera negaturum. Nimur, quomodo olim Epicurus verbis Deos ponet, sed eisdem nihil neque sui, neque alieni concedens negotij, circuitione quadam tollebat. Quia igitur, qui negat Christum Ialuaris populum suum à peccatis eius, negat esse Iesum. Et rursus, qui ei mediationis honorem minuit, negat esse Christum: ideo audacter afferimus, Papam, et si vebo tenus ponat Iesu, ponat Christum, tamen circuitio sua negare. Qui enim concedere potest Christum salutare populum à peccatis suis; qui maximam partem redemptionis tribuit meritis, suffragiis, purgatorio? Qui potest Mediationis officium illibatum Christo relinquere, qui eandem communicat Sanctis, & Angelis? Imo, qui potest Iesum agnoscere, qui nō agnoscit Immanuelē? Et qui potest Immanuelē, qui non verum hominem? Et qui verum hominem, qui & ab infantia fuisse omniscium: & post resurrectionem corpus eius infinitis locis? Infinita possunt alia similiter colligi. Ergo ex hoc saltem capite Papa est Antichristus.

VIII. Secundum erat, Antichristum sese palam, & nominatim dictum esse Christum: non vero eius ministrum, aut vicarium. Probatur primum ex illis verbis, Si alius venerit in nomine suo, illum recipi. Secundo ex Partib. At hoc Romanus Pontifex non facit: Ergo non est Antichristus.

IX. Respondeo, præsuppo sita præcedente distinctione, nihil probari de ipso nomine. Nam neque locus ille de Antichristo est magis, quam de quoquam pseudopropheta, ut alias docuimus: neque illud in nomine suo, significare potest, appellabit se Christū. Alioquin quū Christus dixit, Ego genu in nomine patru mei, significaret, ego vocavi me Patrem: quod est falsissimum. Significat autem Christus sibi ipsi non sumpsisse hoc munus à se ipso (vt loquitur Paulus ad Hebreos) sed ad id missum esse à Patre: ac proinde, venientis nomine suo, significat eum qui non missus à Deo, sed ipse ingens sese, autoritatem usurpat in Ecclesia. De Patribus respondeo, ut prius.

X. Iam vero Papam manifestum est dicere se esse Christum: quia sibi asfumit omnem honorem Christi in Ecclesia. Quid enim? nonne Iesu appellat Caput Ecclesiæ? nonne Sponsum Ecclesiæ, & quidem disertissimum verbis? Non sese audiuit appellari Leonem de tribu Iuda? Non omnem acceptissime potestatem in celo & in terra: Quid vñtra expectamus? Bellarminum ipsum ipse patitur scribere esse fundamentum illud de quo Iesaias script. Et poterit vñquam quisquam eius nominis vim sibi audacius assumere?

XI. Tertium caput, Antichristum sese Deum nominaturum, foreque ut velit pro Deo coli: non solum usurpando aliquam Dei autoritatem: sed ipsum nomen Dei. Probatur: ex his verbis: Itant in templo Dei sedeat, ostendens etiam quā sit Deus. Deinde ex Patribus.

XII. Respondeo, de ipso nomine nihil probari. Nam Paulus non dixit illum hominem peccati nominaturum sese Deum: sed ostentaturum se esse Deum: id autem refertur non ad nomen, sed ad vim nominis. Sedebit, inquit, in templo Dei, Et Deus, hoc est, quia Dei sit sedere in templo Dei, quomodo Regis in throno. Deinde dicitur, ut etiam ostentantem, & quasi rebus suis præte ferentem. Sic Christus Actorum secundo dicitur, ut dicitur, non verbis sed dico, ut vñrum regnū, regi onus, ut tutus & prodigus, & signi: Ergo dixit Paulus non quidem Thraisonice proclamatutum, Ego sum Deus: sed scelerate rapturum ea quæ habeti non possunt nisi à Deo. Nec alia mens Irenæo, Quasi Deus cultu adorari. Non Chrysostomo, vñrum regnū, ut etiam ostendit, in aversari & ostendit: inebet se adorari pro Deo. Quāquā alioquin Patries

## LIBER DECIMVS SEPTIMVS, CAP. XI.

375

vt in aliis capitibus de Antichristo: sic & in hoc potuerunt apud eum. Iam vero Papam gerere sese pro Deo alias docuimus.

XIII. Quartum erat, Antichristum non passurum ullum praeter se Deum, nec veram, nec falsum: illave idola. Ex his, Extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, in posteriore ad Thessalonicenses. Item Danielis n. Ne quenquam Deorum iurabit, sed contra uniuersa consuetudinem. Item ex Patribus, qui docent eum non admissurum idola. Iam vero Papa agnoscat Deum Patrem, Filium, & Spiritum. Imo vero adorat imagines. Ergo non est Antichristus.

XIV. Respondeo, hoc caput absolute esse falso, quod attinet ad pri-  
mam partem de Deo. Nam in Paulo Graece est, οὐτοὶ γε εἰπόντες οὐτι μήτε αἴδειν Θεόν, οὐδὲ βασιλέα: Efficiens se aduersus omnem qui dicitur Deus, vel nu-  
men. Itaque non satis caste vulgatus interpres reddidit supra omne. Secundo,  
etiam si demus intelligentiam lupa, tamen nūs λύρα Θεός, non signifi-  
cat verum Dēum, sed puratuum: quomodo 8. prioris ad Corinthios: Etiam si  
multi sint qui dicantur Dī, & in cælo & in terra. Iternūs lib. 3. cap. 6. Etenim  
Pater omnium Deus dicitur & est. Et non super hume excolletur Antichristus, sed  
super eos qui dicitur quidem, non sunt autem dī. Denique, efferre se supra o-  
mnem Deum, non est id quod Bellarminus dixit: sed pertinet ad ipsa effe-  
cta, nempe, quia Antichristus ita se getet, ut opponat sese Deo, etiamsi alio-  
quin verbis Deum agnoscat.

XV. Danielis locus ad rem. Primo prophetia tota est de Antichristo, qui  
tamen Deos coluit. Secundo Hebraice est, Et super Dī patrum suorum non  
cogitant: & super desiderio mulierum: & super omni Deo non cogitant. Vel po-  
tius non intellexit, sive intelligentia prædictus fuit. Denique non curare  
Deos, non est necessario, nullum Deum agnoscer, sed eos ipso, qui pro  
Dī agnoscuntur, non curare: quomodo solent perficitissima frontis ho-  
mines, nullo duci Dī timore. Et hic videtur eius loci sensus commodissi-  
mus: nam præcessit: Et facit rex ille iuxta voluntatem suam: & exaltabitur,  
et reserque aduersus omnem Deum.

XVI. Quid? quod Prophetā disertissime dicit ipsum eundem regem ad-  
oratum Deum aliquem? Quanquam locus varie exponitur. Vetus inter-  
pres. Deum autem Maozim in loco suo venerabitur: & Deum, quem ignorauer-  
tūt patres eius, colet auro, & argento, & lapide pretioso, rebusque preciosis. Et  
Maozim quidem hic interpres accepit tanquam idoli proprium nomen: alij  
malunt Deum robustum, id est, eum cui acceptum feret luum omne robur.  
At Tremellius & Iunius malunt ipsum verum Deum: itaque longe alium  
sensus reddunt: cuius hæc esto paraphras. Et quod attinet ad Deum for-  
tem: in eius loco, id est, in templo Hierosolymano adorabit Deum quem  
ignorauerunt patres sui: adorabit, in quam auro, argento, lapidibus pre-  
ciosis. Quæ interpretatio exacte obseruat distinctionum puncta, quæ sunt in  
Hebreo contextu. Sed hanc item nihilominus non facio nunc meam.  
Sufficit à Prophetā prædicti hunc regem, sive Antiochum intelligas, sive  
Antichristum, adoraturum aliquem Deum contra quam Papistæ asserunt.

XVII. Bellarminus tamen excipit: primum per Deum Maozim intelligi  
posse ipsum Antichristum. Probat, quia illud venerabitur, Hebraice non est  
תְּהִלָּה, ut alias: sed id est, glorificabit, ut Ps. 91. Glorificabit eum codem  
Hebraico verbo: non sufficiens nimurum, sed exaltando. Ergo Antichri-  
stus seipsum exaltabit, quum sese adorari faciet: qui sensus arrisit Theodo-  
reto. Se: undo, magis probat dici Antichristum futurum magum: & occulte  
Diabolum adoraturum. Probatur autem vel Antichristum esse ipsum Mao-  
zim, vel certe in occulto culturum Maozim, quia alioquin Daniel sibi con-  
tradiceret: quum antea asseruerit, nullum Deorum curaturum.

XVIII. Sed hæc pertinaciam redolent, non eruditio. Prima respon-  
sio fluxa est. Primo, quia id verbum non tantum significat honorare ali-  
quem superiorum. Sicut quinto præcepto: כְּבָר אֶת־אַבָּךְ Honora patrem tuū. Iudicium 13. וְכָבֹדְךָ, וְכָבֹדְךָ. Ut honoremus te. Et alius locis infinitus. Etiam de ho-  
nore, qui exhibetur Deo. Isaiae 9. labii suis כְּבָרְךָ honorauerunt me. Pro-  
verbium 3. הַבָּרְךָ יְהוָה Honora Dominum. Iesaiæ 24. Honorate Do-  
minum. Denique vix semel occurrat eo sensu, quem Bellarminus amplecti-  
tur, nec nisi de Deo exaltante humiles. Quæ igitur isthac insania est, relicto  
communi, visitato, facilique sensu ad alium configere, nec communem, nec  
visitatum: ac proinde, nec facilem? Quanquam, quid hoc ipsum iuuat? Glo-  
rificauerit sane Deum Maozin. Ergo, inquam, aliquem Deum agnouit. I-  
mo, inquit Bellarminus, seipsum. Imo, inquam ego, somnium. Quis enim  
sensus? Glorificabit se auro argento, lapidibus preciosis: nec apposite The-  
odoreto in loco suo, id est, se: sum: quod non fert linguae facie vlus.

XIX. Altera autem responso, ab Antichristo occulte adoratum iri Dia-  
bolum. Ergo, inquam, non esse filium Deum dicit: nam etiam Diabolum.  
Deinde illud occulite, vnde est? Non certe à Daniele: contra portius, coletauro,  
argento lapidibus preciosis. Illa vero quorūm in secreto, nulloque con-  
scio? Non is mos est, aut fuit vñquam. At si hoc non est, Daniel contradicit  
sibi. Imo falso hoc est: non enim ante docuit nullum Deum curaturum,  
ut ostendimus: tum eti docuisset, nulla esset contradictione: Impi enim ne-  
plum quidem Deum, quem colunt, curant: sed, seposito eius timore, quidili-  
berant pro arbitrio.

XX. Cocludimus, inutili præjudicio decipi qui negant ab Antichristo vi-  
lum Deum adorandum, colendumque. Sed, vere Paulus dixit cundem elati-  
tum sese aduersus quicquid dicitur Deus. Et hoc quis neget Papam fa-  
cere: Primum enim opponit se omnibus diis, quos aliquando Gentes ado-  
rarent. Deinde opponit se Deo vero, quanquam non verbis, atque ex pro-  
fesso tamē re ipsa, & ipsi operibus: quia facit irritum eius verbum, plero-  
que omnes articulos fidei pervertens, vt de gratuita redemptio: de imagi-  
nibus, ac similibus multis: etiam sacramenta adulterans: denique toram Ec-  
clesiam redemptam sanguine Dei misere pessundans. Rursus sanctissimum  
quodque iusurandum soluens: ab obedientia, principibus, autore Deo, de-  
bita subditos absoluens: regna transferens, & similia. Hoc est vere sese Deo  
opponere: sese aduersus, Deum exaltare.

XXI. Nam quod de Idololatria Bellarminus nugatur, quid est? Primo,  
nusquam id dixit Scriptura: tantum quidam Patres diuinariunt. An ideo  
certum? Deinde, quid ni idololatriam Gentium intelligamus? Nam illi sa-  
ce Patres aliam non nouerant. Et hanc quidrum, si concedamus ab Anti-

christo respuendam? Nam & id Papa est atissima voce contestatur. Quan-  
quam nondūxerit aliam: quia eius est impudentia, ranta, vt, etiū imagines pro-  
miscue colat, tamen esse te neget idololatram: vt qui in' αὐτῷ φασι depre-  
henduntur, soluent obfirmare se, vt quando negatione facti nequeunt cu-  
dere, audacia fiant superiores, dum ius negant. Hæc autem, tam certa est  
idololatria, vt qui eam usurpat, & diuinos honores appellant, & ipsos illos,  
quibus ij deseruntur honores, non diuos tantum, sed & deos. Paulus Ἀπόλυτος  
in Dagoberto secundo, Lamberto iā inveniente multis diuinitatib⁹ signis pro-  
aru eius nemini dicitur Grimaldius occiditur. Seratis odes præfixa Minerva:  
Rinaldus antistes beatus additus agminibus Deorum. Denique, ne omnes  
colligant, Melchior Nunezius epistola ad Ignatium de rebus Indicis, anno  
millesimo quingentesimo, quinquagesimo quarto, Francisci Xaverij mor-  
tui dicitur nominat.

## C A P. XII.

### De Miraculis Antichristi.

I. O bseruat Bellarminus, primo Antichristum miracula editurum mul-  
ta: Deinde, eadem miracula futura mendacia. In quibus contentit cū  
Catholicis, qui ea ipsa tampridem ex Scripturis obseruaure. Sed tertio, ob-  
seruat, educturum ignem de cælo: effectum, vt imago bestie loquatur, fi-  
ctum se mori, ac resurgere. De iisdem miraculis paulo alter Sanderus, de  
quo postea.

II. Sed hæc mire sui dissimilis Bellarminus: qui de tribus his miraculis  
nihil dicat amplius: Nos autem in singulis eum immane decipi, si non aliter  
accipiat, quam ad literam. De primo lego Apocalypsis 13. Eise: si signa ma-  
gna, & etiam signum faciet de cælo descendere in terram, in conspectu hominum.  
Verum quid est, quod cogat εἰπεντος interpretati? Ansbertus. [Bestia cum  
duabus cornibus ignem de cælo descendere faciet in terram: quia predicatoris An-  
tichristi, falsa imitatione Ecclesia, per impositionem manus dare se: sive Spiritum  
sanguinum sequacibus fingunt. Primarius, Ita vt ignem faciat de cælo descendere: id  
est de Ecclesia ad terrenos, cum sine ex varietate Gentium, sine ex iniuria fallen-  
tis astuta, linguis nouis, ac plurimis iugis faciat toqui ministros, ut hoc quasi indi-  
cio donum Sancti Spiritus se gassiant percepisse. Potest igitur hic locus intelligi,  
non ad literam: itaque literalis sensus non est certus.

III. De imagine bestie eodem c. Dixit incolis terre, & faciant imaginem  
bestie, quæ gladio vulnerata fuit, sed reuictum datumque est ei, ut animaret imaginem  
bestie, vt etiam loquatur imago bestie. Primalius exponit de imagine non  
materiali aliqua, sed in corde hominum, Quale si dicaret: Hæc simulatio eo vsq;  
que prævaluit, vt terreni se iuxta propter signa bestie ipsi bestia miserabilis affensa  
fauentes, multa se detinente cohortent bestie in corde phanta[m]atae imaginem  
fabricare. Haimo, Imaginem bestie facient, hoc est sidem illius tenebunt, & simu-  
lationem eius imitabuntur, Negat enim hoc pueri, ut intelligere debemus, quod  
facturi sunt aliquam imaginem, quam secum ferant: sed imaginem illius facient,  
is est sidem eius habebunt, & simulationem eius imitabuntur. Ansbertus, Qua-  
el autem imago eiusdem bestie, nisi illa simulatio, quia putatur Antichristus: vera  
est Dei Filius, quem sit in eo Diabolus, idemque malus in illa simulatione  
spiritus? Qui vero sunt, quia sunt imaginem huīus bestie, nisi qui iam in-  
tetur simulationem? Iam vero, si imago tropice sumitur, non potest illud de i-  
magine loquente, consistere iuxta literam, quod Bellarminus contendit?

IV. De Antichristi morte & resurrectione nihil legi. Legi tamen edem  
capite. Vidi unum de capitibus eius quasi lethaliter caſum: sed ipsius pl. go letha-  
li curata est, & adm̄ trans vnu ſa terra sequitur. Et bestiam Verum hæc nihil  
ad rem. Primo enim non dicitur caput illud occisum, sed οὐ φασθεῖν ει-  
τάντων, tanquam lethaliter caſum: quod quidem non significat mortuum.  
Secundo, id caput lethaliter caſum, pertinet non ad bestiam Antichristum,  
sed ad primam bestiam, Romanum videlicet Imperium. Describuntur enim  
a Iohanne duæ bestiae: ad priorem illud pertinet de capite caſo: ad posteriorē,  
illud de imagine. Tamen instat temerario aſtu Bellarminus: vnum illud ca-  
put caſum significare Antichristum, qui futurus sit supremum, & vltimū ca-  
put impiorum. Sed hoc est falso. Nam secunda bestia est Antichristus: de-  
scribitur autem diuersa à priore: & fanasse id caput, quod erat caſum: non  
autem fanasse seipſam. Deinde, vaū illud caput, non describitur supremū:  
sed tantum vnum ē septem.

V. Haec tenus Bellarminus, laxe satis suo perpetuo more. At Sanderus  
diligentius, demonstratioibus 19. 20. 21. 22. 23. 24. ita fuit omnino quinque  
argumenta ex vno eodemque loco miraculorum. Primum sic habet: An-  
tichristus eder miracula, vt diuinis suis opinionem confirmet. At nullus  
Pontifex Romanus in eum finem edit miracula, vt se Deum credi velit. Ergo  
Pontifex Romanus non est Antichristus.

VI. Respondeo, de ipsa nominis professione nihil hic queri: quia vt o-  
stendimus, prædictum nusquam est, Antichristum sese conceptis verbis ap-  
pellaturum Deum. Quod autem ad rei efficaciam attrinet, probauimus Ro-  
manum Pontificem ostentare sicutanquam Deum. Iam vero primum in Pa-  
pismo infinita iactari miracula, & nos præcedenti libro docuimus, & resi-  
pia manifestum facit. Ea autem omnia huic referuntur, vt detineantur ho-  
mines in fide papisti ca. Ergo ea miracula, sive ficta sint, sive non, nihil enim  
nunc intereft, in eum finem fuit, vt confirmetur autoritas illa, id est, diuin-  
itas Papæ. Secundo, quia vt paulo ante docuimus, in sanctis Papistis agno-  
scunt diuinitatem, adeo vt nonnunquam Deos appellant. Ergo miracula,  
qua fuit ad Sanctorum cultum stabilendum, fuit in eum finem, vt eorum  
diuinitas statuatur. At in Papismo multa miracula iactantur facta, ad o-  
stendandam Paparum sanctitatem: Ergo & ad eorum confirmandam Dei-  
tatem. Itaque rite concludi potest, Papas sunt Antichristi.

VII. Secundum argumentum Sanderi: Antichristus nulla miracula edet  
in nomine Christi. At Papa edit miracula in nomine Christi. Ergo Papa non  
est Antichristus.

VIII. Respondeo, illud in nomine Christi distinguendum. Ex vnu enim  
Scriptura significat ipsam virtutem Christi, sive authoritatem à Christo ac-  
ceptant

ceptam Sic Apostoli edebant miracula in nomine Christi, quia eos Christus miserat, eosque armauerat ea virtute. Et hoc modo concedimus Antichristum nulla editurum miracula in nomine Christi. Sed negamus assumptionem: Nam quæ dicuntur & passim iactantur Papa iam pridem, id est, ex quo deflexerunt in statum Antichristianismi, patrasce miracula, ea non esse facta in nomine Christi. Primo, quia sunt commentitia: secundo, quia seruunt confirmandæ Oecumenicæ autoritati: tertio, quia pleraque omnia facta dicuntur ad idololatriam Sanctorum & imaginum corroborandam. At Christus, neque tam auctoritatem, neque eam virtutem cuiquam contulit.

IX. Alias vero in nomine Christi edere dicuntur signa, ij, qui duntaxat usurpant ipsum nomen Christi: ut illa olim *in nomine tuo elecimus demonias*: quos tamen Christus negavit se agnoscere. Hoc autem modo propositio argumenti falsa est. Imo, inquit Sanderus, quomodo faceret, quem negaturus sit Iesum esse Christum? Atqui hoc antehac satis superque docuimus esse commentitium.

X. Tertium argumentum: Antichristus miracula edet arte magica. At Papæ non edunt miracula arte magica. Ergo Papa non est Antichristus. Probatum assumptum, quia Papa condemnat artem magicanam.

XI. Respondeo, maiorem non esse veram: quamvis nonnulli à Patribus non nihil simile astuerint. Deinde non omnes Papas odisse magiam historiæ testantur: & plurimæ, quosdam illi fuisse addictissimos. Tertio, multa fieri in Papismo, non valde distantia à magia, ij ignorant soli, qui totam religionem ignorant. Nam & verbis vim quandam tribuunt mutandi naturas: & signis, & halitu, & variis gestibus.

XII. Quartum argumentum: Antichristus intelligit ænigmata: At Papa non intelligit ænigmata. Ergo non est Antichristus. Maior probatur ex 8. Danielis. Minor vero, quia constat Papam non æquare, nedum excellere vel mediocres Grammatistas, aut Philosophastros.

XIII. Respondeo, primum Danièle non loqui de Antichtisto: sed de Antiocho Epiphane. Secundo, *רְבָרְתּוֹם*, quo verbo Daniel vtitur est res obscura, cuius intellectus non est facilis, & obvius. Non est autem proprium illi seculari scientiæ, quam curiosissimi quique viri maxime admirantur, vt putat Sanderus: alioquin multa è Scripturis pertinerent ad illam scientiam: vt Psalminus 78. quo Propheta prefatur le eructaturum *תְּוִירֵן אֶנְigmatā*. Et Ezechielis c. 17. Ergo is intelligit ænigmata, cuius pectus munipum est intelligentia rerum difficultum: & in quibus ali laborant. Quæ nota, si in hoc argumento quiequam habet momenti: næ nullus vñquam magis. Antichristus erit, quam is qui se iactat habere omnia iura in scrinio pectoris: quam is quem in definiendis articulis fidei, aut condendis morum præceptis, aut canonizandis Sanctis neganterrare posse, quantumuis sit infra mediocres grammaticos, & philosophastros.

XIV. Quintum argumentum: Antichristus habebit ministros & tortores miracula operantes. At Papa nullos eiusmodi ministros habet, aut tortores. Ergo non est Antichristus. Maior probatur, quoad ministros, quia Apocalypsis decimo tertio, dicitur secunda bestia, id est, multitudo impiorum, editura signa: & quia Matthæi 24. Pseudochristi, & Pseudoprophetæ prædicti datuti signa magna. Altera pars de tortoribus probatur ex Gregorio c. 12. lib. 32. in Job.

XV. Respondeo, concedi maiorem: saltē de ministris: nam de tortoribus (nisi forte generaliter sumpto vocabulo, non pro iis qui fidibus corpora torquent, sed pro iis, qui animas suis deceptionibus) non est tantus Propheta Gregorius, vt mōre nos debeat. Nunc autem minor negatur. Nam in regno Papistico sunt adeo miraculorum plena omnia, vt vix quisquam sit clericulus, qui non miracula toutes patret, quoties hiet. Quid enim non agunt alperla aqua illa lustrali? Imperium obtinent in tempestates, malignosque spiritus. Quid transubstantatio, non est miraculum, imo miraculorum seges? Et dæmonum expulsio, quo loco ponitur? Ergo ministri Papæ miraculū etiam ipsi aut faciunt, aut credi volunt facere. Vin' etiam tortores? Dominicum vide, cuius opera, tanta facta est Albigenium strages. Illum Corypheum, imo Architectum luxuissimæ torturæ Inquisitionis. Non is tortor? An vero miracula nulla narrat eius Legenda? Ergo Papa Romanus est Antichristus.

## C A P. XIII.

## De regno &amp; preliu Antichristi.

I. Romouet Bellarminus nouam argumentorum aciem: & de regno & præiis Antichristi, quatuor obseruat capita. Primo Antichristum ex humillimo loco prodeuntem per fraudes & dolos regnum Iudeorum adspicunt. Secundo, pugnatrum cum regibus Ægypti, Libyæ, Äthiopie: illicque victis, regna occupaturum. Tertio, subacturum septem alias reges: atque ita euasurum in Monarcham totius mundi. Quarto, toto orbe perlequutur Christianos: idque tote prælium Gog & Magog. Horum autem omnium nihil in Pontificem Romanum quadrare posse, itaque non est dicendum Antichristum.

II. In primo capite probat, primo Antichristum ex humili futurum excelsum: quia Danielis 11. *Stabit in oī oī eius despectus, & non tribueret honor regis, & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia*. Quem in locum Hieronymus scripsit interligi quidem de Antiocho. tamen longe perfectius impleri in Antichristo: sicut quæ dicuntur Psalmo 72. de Salomone, perfeciit in Christo impleta sunt. Et capite septimo eundem Antichristum Daniel comparat cornu parvulo, propter vile & obscurum principium. Secundo probat Romanum Pontificem nunquam obscurum fuisse. Quia Augustinus dixit in Romana Ecclesia semper viguisse Apostolicæ Cathedrae principatum. Prosper, Romanam per Sacerdotij principatum factum ampliorem arcereligionis, quam solo potestatis. Concilium Chalcedonense in epistola ad Leonem, Romæ lucere Apostolicos radios, qui inde se ad omnes expandent, & bona sua cum ceteris communicarent. Marcellinus li. 17. scripsit, non mirum si homines contendenter de Romani Pontificatu, cum tantæ essent eius opes, & amplitudo.

III. Respondeo, primum, id quod est de regno Iudeorum, prorsus negati, vt antea sèpius à nobis fortiter est demonstrata vanitas hæc & temeritas. Secundo, eti qui adferunt loci Danielis, non pertinent ad Antichristum, ac proinde probatio hæc claudicet: tamen fateri nos ex minimis initii Antichristum erupturum in immanem potentiam. Atque id ipsum assertum asserit in Papa Romano: siue singulas personas attendas, quod tamen in hoc argumento non est necesse: siue totam illam tyrannidem molem. Nam de singulis personis, quid dicam? Primo enim plurimas ex obscurissimis familiis prodisse, & quide. n longe obscurioribus quam Antiochum, perspicuum est ex historiis. Secundo, non tantum multi ex obscuris familiis, sed etiam nulli extantis familiis, quæ non essent longe infra hanc portestate. Atque adeo id eis significat sella illa stercoraria, cui statim electus imponitur, vt audiat illud e Psalmo II. *De stercore erigens pauperem*.

IV. Sed præstat totam tyrannidem molem attenderre. Illa se nunc porrigit in omnes Christianos, nullo excepto in spiritualibus: quoniam tamen olim & ex prima institutione solius Virbis cura ad Episcopum Romanum pertinenter: postea Metropolitanam iure produxit sele longius, ad Suburbanas: exinde, quatuor formatorum Patriarcharum primus numeratus est: denique reliquis etiam Patriarchis celios factus, audit Oecumenicus Pontifex. Et non erant illa initia stenuia? Et non est hic progressus immanis? Negenti si audeant solem meridie lucere. Rursum primis virbis Episcopis quam tenues opes fuere? Ditandorum initium factum ab Alpibus Coctiis, vt præcedente libro obseruatum: accesserunt deinceps alia multa, ex principum stulta largitione aliquando: aliquando ex fraudibus: aliquando ab armis. Atque ita factus princeps secularis. Quid dissimilius primis illis Episcopis? Tertio: qui primum homunciones solas precies, solas laetimas habebant, quas pro armis opponerent Imperatorum iræ: quique ad horum nutum agerentur, ferrentur: abirent, manerent, tandem ipsi Imperatoribus formidabiles facti sunt. Louis Capitonii imaginem fulminibus suis brutis referentes. Et non est hic finis dissimilimus tuo principio? Et non est hoc cornu paruum origine, successu factum maximum?

V. Sed in Ecclesia Romana semper viguit Apostolicæ Cathedra principatus. O scelus! Et illud mundus? Apostolicam Cathedram Rome fateor illustrum fuisse. Sed nonne is erat principatus in Melchiade, qui iussus ab Imperatore cognovit causam Cæciliani? Non erat in Liberio, qui iussus abiit in exsilium? Non erat in aliis, qui suberant politico magistratu? Quibus aduersum Ethnicam crudelitatem nihil erat opis, exceptis, si forte, cryptis? Ergo is principatus longe aliis erat, quam hic, quem hodie astant. Quin tacent igitur? Quin erubescunt pro hac tyrannide, dum illas sanctorum virorum in Ecclesiastica functione laudes, mutuo sumptus ab Augustino, à Prosperi, à Concilio Chalcedonensi, transferunt ad istam tyrannidem, tam alienam? Si non erubescunt, saltem odio sunto apud omnes cordatos.

VI. Nisi forte remoretur Sanderus hoc Sophismate, demonstrationis 28. Antichristus est rex terrenus: at Papa non est rex terrenus: ergo Papa non est Antichristus. Probatur assumptum, quia Papa, eti temporale quodam dominium habet: tamen neque ab origine Papatus sui terrenus est principes: neque vñquam sibi regis nomen vindicavit: nec territorium sibi subiectum regnum vocat, sed Patrimonium Diui Petri: nec merum Imperium in seculo exercet, velut Papa, verum per alios exerceri iubet.

VII. Sed oculati fraudem deprehendunt: Antichristum futurum regem temporalem admittunt: sed eundem sessurum in templo Dei, sciant diserte prædictum, id est futurum tyrannum spiritualem: Eoque magis Papam agnoscent Antichristum: quia ille vtrumque est, & rex temporalis: & tyranus spiritualis: dum vtrumque gladium sibi vendicat. Negant igitur, quod adeo audacter Sanderus profert, Papam non esse regem temporalem. Quid tum enim, si non est ab origine sui Papatus, Rex terrenus? Quanquam originem Papatus quid appellat? Nam si eum ipsum gradum, quo sit, vt appelletur Occumenicus Pontifex: certe aut neget Sanderus, vtrumque gladium eius esse ex ipso, quod est Papa; aut concedat oportet, esse etiam regem terrenum. Quid tum, si non vindicavit sibi regis nomen? Quasi & scorta, non sese negent esse scorta: & Cæsar quum Regem ageret, ab ipso tamen Regis nomine abstinuerit. Aut ipse, ipse in quam, Antichristus, id Antichristi nomen assumpturus fit. Quanquam, qui non potest non esse Rex terrenus, qui Reges terrenos vocat suos vassallos? Non vocat regnum, sed Patrimonium Diui Petri. Nempe, vt vitroque modo mentiatur impudentissime: & asserendo, & negando. Nam nec territorium illud, patrimonium est Diui Petri: & ipse in eo patrimonio meram exercet regnum. Et tamen quis nescit ei coronam esse, qui regno nomen est? Augustinus Triumphus diserte dicit coronari, vt regem, festumque sua coronationis nunciare omnibus regibus. Quomodo autem non exercet per se ipsum merum Imperium, qui & proscriptit reges: & bella indicit: & exercitus colligit: suoque sacramento autorat, ac suis stipendiis alit? Qui denique ipse præsens Mirandulam obsidet, Ferrariam occupat?

VIII. Pergit. At Antichristus per vim, dolumque sua regna obtinebit. Papa autem, neque per vim, neque per dolum, suum territorium: sed liberalitate principum. Ergo non est Antichristus. Imo falsa est assumptionis. Ali quando enim vi vñsus est, sèpe seculari, id est, aperto bello, vt nuper in Ferraria occupanda: olim in occupandis Imperij locis: quin etiam, quæ se habuisse iactata Pipino, & Carolo Magno, ea vi aperta sunt comparata. Nam Pipinum & Carolum, quorum in eos locos nullum ius erat, Papæ euocarunt, vi armis rem gerent. Sèpius autem violentia Ecclesiastica. Sed longe frequentissimum aucupium, dolus. Quis autem? Prætextus pietatis. Porci enim maior aliqua impostura excogitari, quam qua persuasit Petro dari, quæ dabantur Papæ? In Donatione Ottounum: Spondemus, atque promitti mus ibi Beato Petro principi Apostolorum, & clavigero regni calorum. & per te Vicario tuo domino Ioanni summo Pontifici. Quod exemplum posteriores imitati. Quid illud ex remedio animæ? In eadem: *In super offerimus tibi, Beato Petre Apostole, Vicarioque tuo domino Ioanni Papa, & successoribus eius pro nostra anima remedio nostrig, & nostrorum parentum, de p oprio nostro regno. Et multo post: Ego Mathildu, Desgratia Comitissa, pro remedio animæ meæ & parentum*

## LIBER DECIMVS SEPTIMVS, CAP. XIII.

377

sum meorum dedit. & obicit Ecclesi & Sancti Petri. Mitto alia fraudum exempla: nam hæc superant omnia. Ergo Papa est Antichristus.

IX. Nunc ad secundum caput. Probat pugnatum Antichristum cum regibus Ægypti, Lybiae, & Ethiopiae, debellatumque. Ex Danielis septimo: tres reges humilitabuntur. Et II. Terra Ægypti non effugiet: per Libyam quod & Ethiopia transiit. Eos lotos Hieronymus interpretatur de Antichristo: itemque Irenæus, Lactantius Theodoretus.

X. Verum, primo Ægyptus solum dicitur debellata, non etiam Libya & Ethiopia: de quibus Hebraice est *הַבְּנִים וְכִשְׁמָתְמַצְעֵי*. Vetus interpres redditum. Per Libyam quoque & Ethiopiam transibit Graeca editio, *της Αἰγύπτου καὶ τῆς Ὑβρίδος τοῖς ὄχυροι μετανάσταις*: construens cum *τὸν νότιον ἐπιφάνειαν* perperam. At Pagninus ad verbum, Lubrim & Cuschim in gressibus eius erunt. Mutavit igitur Daniel subito phrasim: & Ægypti quidem plenam victoriam significavit, etiam verbis exaggeratam. At de Libya, & Ethiopia longe mollius: *in gressibus eius erit*. Itaque Iuni s'interpretatur Libyes & Ethiopia sequituros eum, id est, affuturos ei in occupanda Ægypto.

XI. Secundo: hæc Daniel prædictum de Antiocho: non vero de Antichristo: vt iam saepius dictum: nec Bellarminus dissentit: verum, inquit, vt Psalmus sepruagimus secundus de Salomone loquitur, & in Christo impletur: sic ista dicuntur de Antiocho, sed & de Antichristo. Primo nihil est necesse: quia nullus Scriptura locus docuit, nec hominum est, quicquam in rebus tam obscuris, sibi permettere Secundo, nulla vis est argumenti. Nam, si periret ad Antiochum locus hic, profecto pertinet ad literam: si autem ad Antichristum, per typum. Quæ autem ratio permittit idem ad literam dici de utroque, vt æque uterque Ægyptum, Libyam, & Ethiopia debelleret? Itaque Patres mirramus, cum bona eorum venia.

XII. Tertium caput assertebat, Antichristum futurum Monarcham totius mundi. Hoc vero probatur ex apertissimis veterum testimoniorum. Lactatij, Irenæi, Hieronymi, Chrysostomi, Cyrilli. Verum solus Hieronymus de totius orbis Monarchia non nihil innuit. Nullus Indorum, inquit, absque Antichristo in toto unquam orbe regnauit. Reliqui non sic. Lactantius, decem reges futuros dicit. Tum repente aduersus eos hostis potentissimus ab extremis finibus plaga Septem ianuas orientur, qui tribus ex eo numero deletis, qui tunc Asiam obtinebunt, assumetur in societas: et a ceteris, ac princeps omnium constitueretur. Hæc Lactantius: nihil autem de Monarchia totius orbis. Irenæus etiam de illa vniuersali Monarchia nihil: sed tantum de viis regibus decem. Chrysostomus & Cyrillus assertunt Antichristum occupatum Monarchiam Romanorum. Id vero vel intelligitur de ea Monarchia, qualis erat olim in magnam orbis partem: & id euentus docet esse falsum: quia iam pridem ea Monarchia dissipata est in plures, nec tamen eam Antichristus occupauit. Vel intelligitur de Monarchia, cuius caput sit ipsa Roma: & vere.

XIII. Iam vero hac etiam nota, qui non agnosceret Romanum Pontificem esse ipissimum Antichristum, eum necesse est sponte esse excusum. Primo, ille sibi vendicat vniuersalem Monarchiam: assertens esse de necessitate salutis, vt omnis creatura sibi subsit: camque ob causam assumpti Oecumenici nomen. Secundo ipissimam Romanam Monarchiam suam esse iactat. Vidimus enim libro præcedenti Bozium disputantem, ius omne Senatus Romani, ad eum peruenisse: ideoque nullos reges quicquam iure possidere, nisi eius beneficio. Tertio, quicquid ille autoritas sive habet, sive usurpat, eius sedes est ipsa Roma. Itaque Papa est Antichristus.

XIV. Supereft caput quartum de Gog & Magog: ex 20. Apocalypsis. Et quum consummati fuerint mille anni, soluerit Satanus de carcere suo, & exhibet, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ & Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascendunt super latitudinem terræ, & circumuerunt castra Sanderorum, & ciuitatem de lestant. Et de cendis igne de calo, & devorauit eos: & Diabolus, qui seduebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuri. Qui est bestia & pseudoprophetæ crucifixus in die nocte in secula seculorum. Quibus similia habentur Ezechielis 38. & 39. Cetero Bellarminus hoc prælium Gog & Magog esse Antichristi contra Ecclesiam, & quidem postremum. Secundo probabiliter Gog esse Antichristum, Magog exercitum eius, quia Ezechiel perpetuo Gog vocat principem, & Magog terram sive nationem.

XV. Respondeo, ex hoc capite nullum, sicut ex reliquis, à Bellatmino argumentum confici posse. Si est enim hæc ultima persecutio contra Ecclesiam, quamque statim consequatur Ecclesiae solida liberatio, ergo ea pertinet, non ad aduentum, sed ad destructionem Antichristi: quam neutri ponimus ad aduentum. Concludat ergo hoc sane qui voleret. Sed non venisse, qui potest, quum omnino ante venisse oporteat, quum nouissimam illam persecutionem moueat? Secundo, hunc ipsum locum scripti varie exponi: & quasquam laborer in aliorum refellendis sententiis, tamecum ipse iam tantum vt probabilem profert non vt certam. Et tamen hanc ipsam non bene probat. Nam Gog Antichristum cur appellat? Ioannes enim dicit, Diabolus seductorum ipsum Gog: quod qui de Antichristo auctor dicere, nondum vidi: certe Scriptura non ita loquitur. At Ezechiel, cum vocat principem, Imo primo non est certum etiudem esse Gog apud Ezechielem, & Ioannem, quamvis loquutiones non pauca sint similes. Secundo Ezechiel vocat non principem simpliciter, sed principem Melek & Thubal, qui titulus quid ad Antichristum? Deinde an omnis princeps est Antichristus?

XVI. Porro, quum ex tota serie pateat hoc Gog & Magogi bellum produci usque ad plenam & ultimam liberationem Ecclesie, atque adeo ad diem iudicij à quo quantum absimus, Deus nouit: video non possumus assertare hanc prophetia partem impletam. Quid igitur mirum, si ea sit aliquid obscuritatis? Nam, vt s'aperte dictum prophetias intelligendi geminatio, vel à spiritu propheticō, vel ab eventu. Itaque, quum Prophetæ desint, nec hac parte euentus sit implitus, sine dubio non possunt omnia esse perspicua. Si quid tamen conjectura potest assequi, videtur significari postrema Ecclesiae persequitio ab Antichristo, vt Augustinus dixit: sed ita tamen, vt tota Antichristi reuelati duratio pro una persequitione sumatur. Ratio non difficultis: quia dixit Ioannes *Quum expleti fuerint mille anni*, illi scilicet, quibus ligandus erat Diabolus: illi, inquam, quibus exactis, & idem solvendus, & Antichristus proditur in medium: solutus Satanas, existit, vt seducat gentes quæ sunt in quatuor angulis terra, Gog, & Magog: & quæ sequun-

Tom. II.

tur. Itaque per hæc nomina videtur intelligendi omnes, qui Antichristo operam nauabunt in Ecclesia per sequenda. Qui sensus utrum pertineat ad Papam, *καὶ τὸν πάπα οὐ προσέχειν εἰμι φασθεῖν*.

## CAP. XIV.

*De mutatione temporum, legumque: & de mercatoribus.*

I. Nihil iam residui est præter argumenta Sanderi duo, à quibus Bellarminus abstinuit. Ea sunt in demonstrationib. 37. & 38. Prior ergo. Antichristus mutabit tempora & leges. Papa non mutavit tempora & leges. Et ego non est Antichristus. Probatur maiör, ex Danielis 7. *Putabat quod possit mutare tempora, & leges.* Minor autem probatur: quia Tempora sunt festa Christianorum, leges autem sunt eorundem ceremoniæ. At Papa neque festos dies mutavit, neque ceremonias.

II. Alterum argumentum: Antichristus erit Regibus malis, & mercatoribus impiis, gratus. At Papa non est huiusmodi: ergo non est Antichristus. Probatur maior, quia Apocalypsis 18. dicitur *Reges terra cum Babylone fornicantes esse: & mercatores terra de virtute deliciarum eius diuines factos esse.* Et paucus post describitur eorundem fletus ob interitum eius. Ergo reges & mercatores primi omnium adorabunt Antichristum, partim, quia vident eum obtinere diuitias & potentiam seculi: partim, quia timent ne ab eo spolientur opibus suis. Iam vero minor probatur. Primo, quia Reges omnium postremi ad fidem Christi accesserunt. Secundo idem omnium grauissime oppresserunt Ecclesiam Romanam: non modo Ethnici, sed etiam Constantius, Julianus, Valens, Anastasius, Theodosius, Longobardorum Reges, Imperatores Constantinopolitani, Henrici, Friderici, & alii Germani. Tertio, quia verat Pontifex, ne quis Christianorum Principum noua & inique tributa suis subditis imponat: non permittit illis dona Spiritus Sancti pecunia vendere, bona Ecclesiastica diripere, legitimas uxores repudiare, usque invenientibus nouas ducere: prohibet usurpas, & monopolia. Ob quas cauas nec tyranni, nec iniusti mercatores amant Papam.

III. Respondeo ad primum: illam Danielis prophetiam proprie pertinere ad Antiochum: non vero ad Antichristum: nisi forte per allegoriam: à qua nullum esse potest argumentum solidum. Deinde si per allegoriam, ergo non ad literam, sed *καὶ λόγος* Enimvero non vt Iudeis, si Christianis illa pars pietatis est obseruatio temporum. Itaque hoc tantum inde colligi queat, Antichristum religionem Christianam immuraturum. Leges autem, quid-ni ultra religionem producamus etiam ad iura quælibet constituta?

IV. Itaque negatur minor. Nam hæc prophetia, si allegorice Antichristum significauerit, vere impleta est in Papa: qui totam religionem Christianam ita immutauit, vt iam cui libet appareat longe diversam esse à suis initiis. Immutauit autem, tam quæ ab initio erant, irrita faciens tum addens multa, recens ex cogitata. Nam primo communionem *τριπλη* speciei, & à Domino sancitam, & à Paulo commendatam, & ab Ecclesia frequentata lustrulit. Et usum lingue cognitæ ab Apostolis usurpatum, à Paulo etiam commendatum, ab Ecclesia virtutum, antiquauit. Et sacerdotum coniugium nonne est abominatus? Addit autem infinitas ceremoniarum, observationumque myriades, in quibus longe scrupulosiores sunt l' aposti, quam in is quæ habent a Christo. Tempora etiam, an is negari potest mutare, quo iubente, tot festa instituta, quæ ex communibus faciunt religiosos? Non mutat autem leges is, cui autoritas de iure dispensandi? Ergo Papa est Antichristus.

V. In secundo negatur minor: nam re vera regibus & mercatoribus Papa est gratus: imo quæstuosus. Nam quid impios addere erat necesse? Quasi pij possint esse, qui Antichristo lunt grati? Imo vero, eo ipso quod Antichristum amabunt, impij erunt. Itaque, si Papa est Antichristus, qui, quæ reges, sive mercatores, eum amabunt, eo ipso erunt impij. Porro causarum, quas Sanderus adserit, viraque concurrit hodie ad effundendum, vt Papam ament, Papæ hærent, & reges, & mercatores. Primo, quia eum obtainere vident diuitias, vt libro præcedente probauimus: secundo, quia verentur ne ab eo spolientur. Nam quid Papæ solemnius, quam Reges de suo solio deturbare?

VI. Quid ad mercatores attinet, quid non negent, qui negant iis religionem Romanam esse quæstuosam? Itaque vix nullum est nullius sancti testum, non destinatum nundinis. Et quis non videt ad Votiuos de eis cursum hominum id genus omnium? Certe Laurentani Idoli vestibula scient omnes non peregrinis magis trita, quam mercatoribus quæsilihas videntibus. Nec de reliquis aut, aliud experimentum est, aut iudicium esse potest. Nec vero tanta templorum pompa, tanta Papæ, Cardinaliumque magnificencia: tanus deniq; totius aula luxus alter constat potest, quam maximo videntium commodo.

VII. Quid, si mercatores intelligentur *καὶ λόγος*, pro iis, quibus pietatis prætextus est quæstus? Non erit hæc Papæ nota? Cuius autoritatè ita omnia prostant, vt nihil faci non vendatur. Nam, & Missarum certum est pretium: & Confessiones vix soli lesuitæ audiunt absque pretio. Et sepulta redimenda est: & campanarum sonus non auditur gratis: & bullarum magnus est prouentus. Tum autem dispensationes in Camera Apostolica suo loco computantur. Quid singula exequar? Notum est in tota Gallia: & haec ego potius nomino, quia regiones externæ mihi non sunt ita cognitæ. In Gallia, inquam, Sacerdotes publice locant, non suos tantum ex funeris teditus: sed illud etiam, quod appellant *Le dedans l'Eglise*, publice licitatum addicunt: id autem est, quicquid corradunt ex oblationibus, quæ sunt intra septa templorum. Atque hæc insignis est, imo immannis mercatura.

VIII. Contra tamen Sanderus. Prohibet, inquit, iniusta tributa. Ergo tyrannis infensus. Primo, de tyrannis cur loquitur? Ioannes enim de Regibus: Nec impij omnes, idem tyranni. Secundo antecedens est falsum. Nā nec prohibet, qui verbo improbat: nisi etiam factio impeccata: aut saltu reipla obster. At hoc falsum. Nam qui Papam agnoscent, iii. 3. reges,

## DE ANTICHRISTO.

378

reges multa quotidie noua tributa imponunt suis populis, ne hiscente quidem Pontifice. Præterea non tantum non prohibet, sed etiam permittit: restibus Matthæo Paris, & Westmonasteriensi. Itaque non prohibet abolute, ne imponantur tributa: sed tantum se inconsulto. Denique, ipse Papa suos subditos quotidie grauat nouis exactionibus. Et regibus in suis regnis quoties permisit decimas? quoties cruciatas? & similia. Dum tamen ad ipsum pars aliqua rediret: vt vere utrumque mercatores agnoscas.

IX. Non permittit vendere spiritualia. Primo id sit, non vt ne vendantur spiritualia: sed vt ne quisquam vendat, præter se. Deinde etiam aliquando permittit, vt nostro seculo regibus Galliæ, & Hispaniæ sèpius concessum non decimas tantum ab Ecclesiasticis sumere: sed etiam ad certam summam diffrahere fundos.

X. Non permittit vxores repudiare, aliasquee inducere. Falsum: prohibet enim lege viuersali: vt specialiter postea dispensem. Sic Alexander Luret æ permisit etiam tertium maritum. Et quum Henricus Rex Anglorum suam vxorem vt repudiaret, à Papa bullam postulasset, ille hærens interfacrum & saxum, vt loquuntur, quum & Carolum Imperatorem merueret: & non auderet Henrico denegare, rem in longum tempus differebat, tandem victus importunitate, Cardinali Polo bullam tradit, mandans vt pro rerum, temporumque necessitate, vteretur. Hoc rex, quum resisteret, putauit sufficere, quod esset scripta bulla: itaque nodum, quem non poterat soluere, sci-

dit. Et quid eum in hoc negotio speremus non facturum, qui Regi Hispaniarum concessit sorores germanas sibi copulare?

XI. Sed reges omnium postremi ad fidem Christi venere. Quasi nos de fide Christi loquamus: & non de perfidia Antichristi Imperatores Romanorum vexarunt. Sane, inquam, Christianam, Romam Ethnici. Quid hoc ad Papam? Imo, inquit, etiam Constantinus, Julianus, Valens, Anastasius. Imo Romanam non magis quam reliquias. Imo reliquias magis quam Romanam. Et tamen nondum Roma Antichristi reuelati ledes. Nec vero Romanam sedem Theodosius affixit: sed Romanum Imperium, in cuius ditione tum erat Roma. Erat Roma ruina, passus est Papa: sed per accidens. Alioquin Theodosio contra Papam nullum proprium bellum erat. Longobardos Reges multo magis affixit Papa: quam hunc illi: fuscitatis Francis, in eorum ruinam. Nam quod de Germanicis Imperatoribus dixit, certum est indicium Antichristianæ tyrannidis, vt docuimus præcedente libro: quum non illi in Papæ ruinam armarent se: sed contra Papæ in eos classicum canerent, vt omnibus modis pessundarent id, quodcumque reliqui erat Imperiorum potestatis: quod ersi longe minus esset, quam olim, tamen multa adhuc vindicabat sibi in Italia: etiam in urbe Roma: Papa autem sibi tantumdem eripi credebat. Itaque non quieuit, donec votorum compos factus est: vt plene Antichristianum exerceret.


FINIS LIBRI DECIMI SEPTIMI.

## LIBER DECIMVS OCTAVVS.

### DE CVLT V.

#### Caput Primum.

#### DE CVLTV.



B'SOLVTA sunt controverbia pertinentes ad Trinitatem, & Incarnationem. Sequantur, quæ ad Dei Cultum. Sic enim polliciti sumus. Et quidem Cultum, generaliter appellare consuetudo est omnem honorem ab inferiori per linea debitum, p[ro]ficitur me superiore. Tertius autem r[ati]o[n]e r[ati]o[n]e r[ati]o[n]e, inquit Clemens Stromateon 7. Honorabile existimat[ur] quicquid est præstantius, & pro dignitate honorandam. Sunctus tres, sive actus sive gradus. Primus ad intellectum pertinet, quum concipitur animo cuiuspiam præcellentia, sive dignitas maiori. Secundus ad voluntatem, quam ei cuius dignitatem animo concepimus, inclinamus, & subiicimus, comparantes nos iamque componentes ad testandam rebus ipsis obseruantiam. Tertius exterior, quum per actiones quasdam corporis quenam colimus. Horum graduum, primus consistere potest absque reliquis. Sic enim vel Diaboli intelligent Dei infinitam maiestatem, cui tamen honorem non deferunt Secundus absque primo esse non potest: sed absque eo Cultus non consistit: itaque hic gradus & essentialis est, & maxime proprius cultui. Nam eo ipso, quod cuiuspiam voluntas subiicitur, & colitur: nec colitur, nisi id fieri. Tertius autem a deo non est aut essentialis, aut proprius cultui: vt & absque eo cultus esse possit: & possit ipsis non tantum, sine cultu, quomodo dictum, Labitis me adorant, cor autem eorum procul est a me: sed etiam cum irrisione, vt quum illi genuflectentes, Christum alapis cædebant. Atque haec non sunt controverbia: nam & Bellarminus sic docet: & Gregorius de Valentia. Sed & Cotonus.

II. Iam vero præcellentia, sive dignitas gemina est, in creatu & creata. Illa, qua Deus ipse præcellit omnia, quæcunq[ue], lunt, quæcunq[ue], cogitari possunt: estq[ue] una & simplicissima, nec potest diuidi aut distinguiri in gradus speciesve. Itaque, cum Deus distinguitur in tres personas, tamè honor personis debitus non distinguitur: sed æquali honore, Pater colitur, & Filius, & Spiritus sanctus: nam r[ati]o[n]e r[ati]o[n]e r[ati]o[n]e consequens est.

III. Dignitas creatu est, quæ in Creaturis consideratur, comparatis inter se, non autem cum Deo. Nam Deo quidè omnes sunt inferiores: & quidem ita vt nulla sit r[ati]o[n]e, sed tantum æx[ist]encia, vt loquuntur in scholis: hoc est, vt dignitas cuiuscunque creaturae, neque numero, neque genere eadem sit cum Dei dignitate. Nam finitum nulum habet eandem definitiōnem cadere potest cum infinito. Sed si duntaxat per similitudinem quandā quasi affinis. Inter se figitur creatura comparata, aliæ sunt aliis digniores: idque vel per naturam, vel per gratiam. Per naturam, Angeli hominibus. Per gratiam, iij qui cum per naturam æquales essent, tamen aliquid præter illam accepissent, quo cæteris præferuntur: vt in politia, magistratus præfertuntur populo: vt in Ecclesia, fideles insidelibus in cœlis etiam Angeli beatit, Angelis apostatis.

IV. Tum autem creatu dignitatis gradus esse varios nihil prohibet. In politia magistratu alijs alijs superiores sunt, Petrus, i.c. prior. Subiecti, esto

cuius humana ordinationi propter Dominum, sive regi, sive qui supereminet: sive præsidibus, sive qui per eum mittantur. In Ecclesia non tantum, primo Apostoli: deinde Prophetæ: Tertio, Doctores, duodecimo prioris ad Corinthios: sed etiam varia charismata, vt in uno corpore varia membra: atque adeo aliis honoratiora. Quid: quod inter duodecim illos Paulus agnoscit 18. 1. agnoscit r[ati]o[n]e r[ati]o[n]e r[ati]o[n]e? agnoscit denique r[ati]o[n]e r[ati]o[n]e r[ati]o[n]e?

V. His positis, quis non videri sequi necessario, varijs esse gradus honoris? Nam colendus Deus est: nec id quisquam negat, nisi qui idem Deum funditus neget. Colendus autem honore eximio, cætetoque honores longe superante: sic exigente eius dignitate. Et quia post Deum, sive sunt inter Creaturas differentia, primo Angelorum, quos naturæ prærogativa prætulit hominibus: tum etiam hominum, quos Deus variis distinxit inæqualitatibus: cōsentit in hoc, esse quandam cultum à creaturis inferioribus debitum præcellentibus. Nec defūnt aur Angelorum ab hominibus, aut hominum ab aliis cultorum cum exempla, tum præcepta sacra.

VI. Atque haec tenus consentiunt Catholicis Papistæ. Deinceps contentio erit. Et primo de calumniis: deinde de ipsa doctrina.

#### CAP. II.

##### De Conuictis in Sanctos generatim.

I. Calumniis grauant ergo Papistæ Catholicos suo solemní more: & quod negent Sanctos vlo honore afficiendos: Et quod eos de corpore tumeli assiant. Honorem omnium Sanctorum denegari Bellarminus à Caluino queritur de Sanctorum beatitudine cap. vndeclimo, Caluinus (inquit) libri primi Institutionis, capituli vndeclimi paragraphe primo & secundo, non patitur illum cutrum exhiberis in d[omi]n[u]s Angelis, vel hominibus defunctis, neque parvum, neque magnum. Addit scilicet calumnae comitem Feuardentius Theomachia libro nono capite vigesimo tertio. Caluinus & fraterculi eius, inquit, negant fas esse Angelos honorare, ne dum invocare: Et citat libri Institutionis 1. cap. 14. Similiter Lorichius h[ab]efit 1. de Sanctis Dei in Fortalitio, Sanctos, inquit, De non esse peculiaris honore coleandos, docent omnes h[ab]erni heretici.

II. Respondeo, nihil hic esse præter monachalem impudentiam. Respondeo, inquam, nihil horum à Caluino, à nobis dictum, cogitarum. Et quidem de Angelis, quid habent excusationis? Nam decimum quartum illud caput libri primi Institutionis, hoc habet diserte, Neque enim aquum est sine honore præterire in instrumenta, quibus numinis sui præsentiam specialiter Deum exhibet. Ita, inquam, Caluinus de Angelis. Et afferat quisquam omnem honorem ab eo Angelis denegari: Bellarminus autem impudentior, qui eos locos citat in quibus nullum est verborum vestigium, vnde colligas nullum honorem, neque magnum, neque parvum, quem ille sic, tam sollicito nominavit.

III. Quid ergo? Nimirum locis à Bellarmino citatis disputat contra Papisticam argumentis regi cœlestis distinctionem, tum à vocabulis tu à re ipsa. Nam